

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput LXVI. Continens Historiam De Reditu Christi Ex Transfretatione, De
Convivio Matthæi, Et Disceptatione A Scribis Ac Johannitis Ibidem Mota.
Matth. 9. Marc. 3. Luc. 5.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

Nisi quod ex hoc præconio dæmoniacy à legione liberati collegit: Si à legione dæmonum quempiam liberare potuit, poterit etiam ab uno dæmone meam filiam liberare. Nam prædicavit ipse *omnia quanta sibi fecisset Iesus*: in qua prædicatione omnes circumstantiæ fuerunt proponendæ simul & exaggerandæ, ut alii ad fidem in ipsum extimularentur. Ergo sicut hoc bonitatis Christi documentum est evidentissimum: ita dæmoniacy hic præbet omnibus Christianis exemplum, quales ipsi se erga Christum Dominum suum gerere debeant. Etenim licet non talis, Dei beneficio, nostra fuerit conditio, ut corporaliter à Diabolo obsessi fuerimus: æternus tamen Dei filius nos omnes extrixit & a nesto illo spiritali Satanae servitio vindicavit. Nostra ergo hæc sunt officia, ut verbum ipsius sedulo atque attentè audiamus: ipsum per fidem induamus: mentis atque fidei sanitatem vitæ & morum modestia probemus: per obedientiam nos totos ipsi submittamus: atque denique bonitatis ipsius prædicatione quamplurimos alios ipsi adducamus. Hoc qui non faciunt, manifestè produnt, se gratiam DEI non iuste æstimare. Illud verò etiam non oscitanter prætermittendum videtur. Quod cum Christum dæmoniacy injungeret, ut annuntiaret, *quanta sibi fecerit Dominus Deus*, ipse prædicavit, *quanta sibi fecerit Iesus*. Neque in eo transgressus est fines mandati Christi. Etsi enim multi sunt, qui dicuntur Dii, tam in cælo quam in terra: Nobis tamen Christianis unus est Deus, Pater, ex quo omnia & nos in illo: & unus Dominus, Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum, 1. Cor. 8. v. 5. Hic Christus Iesus est super omnia, Deus benedictus in secula, Rom. 9. v. 5.

Cæterum, quia Dominus Iesus rogatus fuit, ut discederet à Gadarenis, ipse, qui alibi docuit, margaritas non esse ante porcos projiciendas, Matth. 7. v. 6. & qui mox discipulis dicit: cum persecuti vos fuerint ex civitate una, fugite in aliam, Matth. 10. v. 23. non vult ipsis invitis & reluctantis ibi hære. Et revera in hoc mundo non opus erat, ut aliqui adeo anxii, & tanta cum cura & sollicitudine quærent, quomodo à Christo & Evangelio ipsius liberari possint. Spontè sua ipse discedit ab ingratis. Sicuti hoc non tantum toti Judæorum genti, cui illud minatus est, Matth. 21. v. 43. Sed & multis Orientalibus regionibus accidit. Quæ, quia Christum in verbo Evangelii ad salutem audire noluerunt, Turcam vastatorem admittere coactæ sunt. Quemadmodum verò Christus cessit Gadarenis

relegantibus: ita verbi ministri non bene suæ famæ & vitæ consulunt, qui contra edicta & voluntatem magistratus alicubi hæreere volunt. Hæc contumacia & inobedientia Evangelio maculam aspergit, & multos in præsentissimum exitium præcipitat.

Non omittendum hoc loco videtur, quod Strabo lib. 16. Geogr. scribit, esse in Gadaride regione stagnum aquæ pessimæ, qua degustata, pecora pilos, ungulas & cornua amittant. Hoc quidem ita interpretantur, quasi Christus à Gadarenis discedens *μνημόσυνον* aliquod & monumentum reliquerit suæ præsentia, quo memoriali simul etiam ipsorum ingratitude notârit. Illud an cum temporis ratione conveniat, eruditis considerandum relinquo. Etenim Strabo vixit tempore Augusti Cæsaris, cui etiam familiaris fuisse dicitur. Hæc verò acciderunt circa 17. annum Tyberii. Cum ergo jam antè locus ille ob aquas pestilentes infamis fuerit, vix poterit hujus memoriale esse: nisi Dæmones hi jam antè habitârint in abyssu illius maris, & permissione Dei ad tempus inde egressi, duos istos viros occuparint, per quos vias illas infestârunt, atque sic tam terrâ, quam mari hominibus molesti esse voluerint. Ideo postea accedente Christo deprecantur, ne in abyssum remigrare cogantur. Quod cum impetrare non possent, vel saltem porcos secum eo abducere cupiunt, ut tantò magis hominibus noceant. Atque sic nihilominus fama hujus miraculi hac occasione apud posteros conservabatur. An verò hic lacus noxiis aquis infamis, diversus sit à lacu Genesaret, an verò hujus portio aliqua, non facillè est determinare. Putant aliqui non esse verisimile, Christum voluisse cum totius regionis incommodo diabolis hospitium concedere in eo lacu, qui ex salubribus Jordanis aquis collectus esset. At verò Evangelistæ aquas, in quas porci à dæmonibus sunt præcipitati, bis vocant *θαλασσαν, mare*, quod nomine etiam lacus Genesaretanus præcedente capite insignitus fuit. Non itaque dubium, unum & eundem esse, maxime cum ex Geographis non constet, plures lacus ibi fuisse. Et licet Hebræi quamvis aquarum collectionem *θαλασσαν* mare nominent: In Novo tamen Testamento non est usitatum, *θαλασσης*, maris nomen attribueri minoribus illis aquarum collectionibus. Nec miraculi magnitudo imminuitur; sed potius accrescit, si in medio aquarum salubrium quasi vena aliqua noxiarum aquarum scaturiat: sicut interdum thermæ erumpunt ex medio aquarum frigidarum. Sed de his docti inter se conferre possunt.

CAPUT LXVI.

CONTINENS HISTORIAM DE REDITU CHRISTI EX TRANSFRETATIONE, DE CONVIVIO MATTHÆI, ET DISCEPTATIONE A SCRIBIS AC JOHANNITIS IBIDEM MOTA. MATTH. 9. MARC. 2. LUC. 5.

RATIO ODRINIS.



Matthæus Christum ex transfretatione redeuntem deducit quidem Capernaumum: sed subjungit de sanato paralytico. At verò hanc sanationem demum post illam transfreta-

tionem accidisse, reliquorum narrationes nequam concedunt. Marcus enim disertè dicit, consentiente etiam Luca, Iesum, post peragracionem Galliliæ, ex secessu deserti redeuntem Capernaumum, sanasse paralyticum, multò antè quam trans-

mare navigaret, quàm tempestas oriretur, quàm dæmoniacy liberarentur, quàm denique Dominus ex transfretatione rediret. Unde sanatio hujus paralytici superius posita est, in 43. c. Harmoniæ. Post sanationem autem istam Matthæus mox subjungit historiam de sua vocatione & convivio, ut & Marcus atque Lucas vocationem Matthæi ipsiusq; convivium conjungunt: ut primò intuitu videantur utraque eodem tempore facta: sed diligens circumstantiarum consideratio ostendit, esse diversas historias vocationis & convivii, nec accidisse uno eodemque tempore, nec utrumque simul ab aliquo uno Evangelista suo loco describi: sed vocationem factam esse illo tempore & historiarum ordine, sicut Marcus & Lucas rem describunt, convivium verò, sicut descriptio Matthæi illud ponit. Itaque Marcum & Lucam, cum vocationem Matthæi suo loco tempore & ordine describerent, ea occasione simul per anticipationem, atque ita extra suum verum locum, adjunxisse narrationem de ipsius convivio: Matthæum verò, cum suum convivium suo loco & tempore describeret, per Rememorationem addidisse de sua vocatione, quàm multò antè factam suo loco recitare prætermiserat.

Quòd autem hoc loco Harmonia ponenda sit historia de convivio Matthæi, & quòd hic ad ordinem Matthæi accommodandæ sint reliquorum descriptiones de illo convivio, certissimum est ex eo, quòd omnes Evangelistæ consentiunt, post sanatos dæmoniacos, & post reditum ex transfretatione, accidisse historiam de filia Jairi. Matthæus autem eam suo convivio, & ex illo subsecuta disputationi Domini cum Phariseis & discipulis Joannis, tam certa notatione temporis & ordinis subjungit, ut de *εἰρημῶ ἀπολειψθείς* nihil omnino dubitari possit. Ait enim: *Ἦσθη ἰσο* loquente, quæ scilicet disputaverat cum Phariseis, *εἰς τὴν πόλιν*. Quia itaque in principio noni capitis, juxta Augustini & reliquorum veterum sententiam, loquitur de

eo reditu in Capernaum, quando ex transfretatione rediit, non ad sanationem paralytici, sed ad convivium Matthæi, & mox inde ad Jairum, verba ista Matthæi ex initio capitis illius continuè jungenda sunt cum historia de convivio Matthæi, cum illa historiæ, ut c. 43. Harmoniæ ostensum est, antea acciderint. Et hinc apparet, inter expulsiōnem dæmonum in porcos, & resuscitationem filii Jairi, inferendam esse historiam de convivio Matthæi, & iis, quæ illic acciderunt.

Nam quòd duas disceptationes attinet, quarum primam moverunt Scribæ & Pharisei discipulis Christi, de eo, quòd ipse convivaretur cum publicanis: posteriorem verò Scribæ & Joannis discipulis, de jejuniis discipulorum: non quidem existimandum est, quòd Scribæ accesserint mensam in domo Matthæi, atque ibidem disputationem instituerint. Neque enim illi publicanorum ædes intrabant, ne contaminarentur. Sed post convivium, antequam Dominus intra urbem rediret, primò discipulos adorti sunt, qui postea quæstionem illam retulerunt ad Magistrum: unde Scribæ quæstiones quæstionibus accumulantes, alteram etiam de jejuniis adjecerunt. Quia tamen hæc omnia occasione convivii à Matthæo instructi acciderunt, nos uno capite omnia comprehendemus. Nam & ipse Matthæus suam historiam ita connectit, ut in principio hujus capitis introducat *Ἰησοῦν ἀνακεῖμενον ἐν τῇ οἰκίᾳ*. Jairi verò historiam ita subjungit, quòd dicit: *καὶ ἐξῆλθε ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῆς οἰκίας*: quasi tum temporis primum verè surrexit, postquam à Jairo rogatus urbem ingressus est.

Nos igitur in præsentia Harmoniam ita connectemus, ut initio præmittamus ex tribus Evangelistis versum, qui de reditu Jesu ex regione Gadarena agunt, ac postea historiam convivii & disceptationum subjungamus.

HISTORIA REDITUS CAPERNAUMUM: CONVIVIUM IN ÆDIBUS MATTHÆI, ET DISCEPTATIONES IBIDEM MOTÆ. MATTH. 9.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὴν πόλιν, διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ πλιν.</p> <p>10. Καὶ ἐγένετο αὐτῷ ἀνακειμένῳ ἐν τῇ οἰκίᾳ.</p> <p>11. Καὶ ἰδὲ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συναίκεον τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.</p> <p>12. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι, εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι τί μὲν τῶν τελῶναι καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν.</p> <p>13. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη εἰπὼν αὐτοῖς, ὅτι χρειαὶ ἔχουσιν οἱ ἰσχυροὶ ἰατροὶ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.</p> <p>14. Πορευθέντες ἢ μάθετε, τί θύειν θέλω, καὶ θυσιάω, καὶ ὅτι ἠθέλον καλεῖσθαι δικαίως, ἀλλ' ἁμαρτωλῶς εἰς μετάνοιαν.</p> <p>15. Τότε προσέειπον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννης, λέγοντες· Ὁραὶ ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά, οἱ δὲ μαθηταὶ σου καὶ νηστεύουσιν;</p> | <p>1. Et ingressus navem trajecit, ac venit in suam civitatem.</p> <p>10. Et factum est, ut ipse accubaret in illius Matthæi ædibus.</p> <p>11. Et ecce multi publicani & peccatores, qui venerunt, simul accubuerunt cum JESU & discipulis illius.</p> <p>12. Cumq; id viderent Pharisei, dixerunt discipulis ejus, Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibum præceptor vester?</p> <p>13. At JESUS, ubi audivit, dixit illis: non opus habent hi, qui validi sunt, medico, sed qui male habent.</p> <p>14. Quin potius ite, & discite, quid sit illud, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni ad vocandum justos, sed peccatores ad penitentiam.</p> <p>15. Tunc adeunt eum discipuli Joannis, dicentes: Quam ob causam nos & Pharisei jejunamus plerumq; discipuli verò tui non jejunant?</p> |
|--|--|

- 16. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μὴ δύναται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν ἰματίαν παλαιῶν, ἀλλὰ ἐπὶ τὴν ἰματίαν καινῶν· καὶ τότε νηστεύουσιν.
- 17. Οὐδὲ βαλλέσθαι οἶνον νέον εἰς ἀσκὴς παλαιάς, εἰ μὴ ῥήσθη ὁ οἶνος, καὶ ἡ ἀσκὴ καταλείψεται· ἀλλὰ βαλλέσθαι οἶνον νέον εἰς ἀσκὴς καινὰς, καὶ ἀμφότερα σωτηρῆναι.

- 16. Et dixit illis Iesus : Nam possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus, venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.
- 17. Nullus autem immittit assumentum panni rudis in veste veteri. Aufert enim supplementum illius a vestimento, & pejor ruptum fit.
- 18. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Sed mittunt vinum novum in utres novos, & utraq; simul servantur.

MARC. 5.

21. Καὶ ἀπερρέεισαν τὸ Ἰησοῦς ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, πολλὴ γὰρ ὄχλος ἐπ' αὐτόν, καὶ ἠὲ τῶν θαλάσσης.

21. Et cum trajecisset Iesus navi rursus in ulteriorem ripam, convenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

CAP. 2.

- 15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καιρικεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, (καὶ Ματθαίου) καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἀμαρτωλοὶ συνακροῦντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἦσαν ῥη πολλοὶ καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.
- 16. Καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐδίδονον αὐτῷ τὰ τελωνῶν καὶ ἀμαρτωλῶν ἐλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἐπιτρέφει τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίειν καὶ πίνει;
- 17. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, λέγων αὐτοῖς· Οὐ χρειάζονται ἰατροὶ οἱ ἰσχυροὶ ἰατρῶν, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Οὐκ ἦλθον καλεῖσθαι δικαίους, ἀλλὰ ἀμαρτωλούς εἰς μετάνοιαν.
- 18. Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ φαρισαῖοι νηστεύοντες, καὶ λέγοντες αὐτῷ· Δεδοκίμαται οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ φαρισαίων νηστεύειν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ νηστεύουσιν.
- 19. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, μὴ δύναται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν ἰματίαν παλαιῶν, ἀλλὰ ἐπὶ τὴν ἰματίαν καινῶν· καὶ τότε νηστεύουσιν ἐν ἐκεῖναις ταῖς ἡμέραις.
- 21. Καὶ ἔδρας ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν ἰματίαν παλαιῶν, ἀλλὰ ἐπὶ τὴν ἰματίαν καινῶν· καὶ χεῖρον ἔσθμα γίνεται.
- 22. Καὶ ἔδρας βαλλέσθαι οἶνον νέον εἰς ἀσκὴς παλαιάς, εἰ μὴ ῥήσθη ὁ οἶνος, καὶ ἡ ἀσκὴ καταλείψεται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκὴς καινὰς ἐπιβῆναι.

- 15. Et factum est, cum accumberet in domo illius (Matthaei) multi etiam publicani & peccatores simul discumbant cum Iesu & discipulis ejus : Erant enim multi, & secuti fuerant eum.
- 16. Et Scribae ac Pharisei, cum vidissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis ejus : Quid est, quod cum publicanis & peccatoribus edit, ac bibit?
- 17. Hoc audito, Iesus ait illis : Non opus habent, qui bene valent, medico, sed qui male habent. Non veni ad vocandum justos, sed peccatores ad penitentiam.
- 18. Et discipuli Johannis & Phariseorum jejunabant, venientes, & dicunt illi : Quare discipuli Johannis & Phariseorum jejunant, tui autem discipuli non jejunant?
- 19. Et ait illis Iesus, Num possunt filii thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, jejunare? Quamdiu habent secum Sponsum, non possunt jejunare.
- 20. Venient autem dies, cum auferetur ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.
- 21. Et nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri, alioquin auferit supplementum ejus novum a veteri, & pejor scissura fit.
- 22. Et nemo mittit vinum mustum in utres veteres, alioquin dirumpit vinum mustum utres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Sed vinum mustum in utres novos mitti debet.

LUC. 8.

40. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸ Ἰησοῦς, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες ὑποσπείοντες αὐτὸν.

40. Factum est autem, cum rediret Iesus, excepit illum turba : Nam omnes expectabant eum.

CAP. 5.

- 29. Καὶ ἐποίησε δοχλὸν μεγάλον ὁ Λευεὶς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολλός, καὶ ἄλλων, οἱ ἦσαν μετ' αὐτῶν καιρικεῖσθαι.
- 30. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγοντες· Δεδοκίμαται οἱ τελωνῶν καὶ ἀμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε;
- 31. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτούς· Οὐ χρειάζονται ἰατροὶ οἱ ἰσχυροὶ ἰατρῶν, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.
- 32. Οὐκ ἐλήλυθα καλεῖσθαι δικαίους, ἀλλὰ ἀμαρτωλούς εἰς μετάνοιαν.
- 33. Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν, Δεδοκίμαται οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύοντες συχνὰ, καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ τῷ

- 29. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. Et erat turba multa publicanorum & aliorum, qui cum illis accumbebant.
- 30. Et murmabant Scribae & Pharisei adversus discipulos ejus, dicentes : Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?
- 31. Et respondens Iesus, dixit ad illos : Non egent, qui sani medico, sed qui male habent.
- 32. Non veni ad vocandum justos, sed peccatores ad penitentiam.
- 33. At illi dixerunt ad eum : Quare discipuli Johannis jejunant frequentius, & obsecrationes faciunt, καὶ οἱ τῷ

- και οι τ φαρισαιων, οι η κοι εδισι, και πινουσιν.
- 34. Ο η επε παρος αυτες, μη δυνασθε τας υψς τ νυμφωνος, εν ω ο νυμφος αυτων εστι, ποιησαι νησειεν;
- 35. Ελευονται η ημεραι, και ο ανω απαρθη ατω αυτων ο νυμφος, τοτε νησειουσιν εν εκειναις η ημεραις.
- 36. Ελεγε η σβαδολλω παρος αυτες, οτι υδεις επιβλημα ιματις κεινς επιβαλλει επι ιματιον παλαιον. ει η μηγε, και τον καινον ριζι, και τω παλαιω ε συμφωνει ο επιβλημα ο δοπο ε καινς.
- 37. Και υδεις βαλλει οινον νεον εις ασκας παλαιας, ει η μηγε, ριζι ο νεος οινος τας ασκας, και αυτος εκχυθησεται, και οι ασκοι δοπολνται.
- 38. Αλλα οινον νεον εις ασκας καιναις βλητεον. και αμφοτεροι σωτηρησονται.
- 39. Και υδεις πινω παλαιον, ευθως θελει νεον, λεγει ο παλαιος χρηστερος εστιν.

- unt, similiter et Phariseorum, cui veredantur et bibunt?
- 34. Quibus ipse ait: Num potestis facere, ut filii thalami, dum cum illa est sponsus, jejunent?
- 35. Venient autem dies, et cum ablatu fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.
- 36. Dicebat autem et similitudinem ad illos: Nemo immisurum novi vestimenti immitte in vestimentum vetus, alioquin et novum rumpit, et veteri non convenit immisurum ex novo.
- 37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres, alioquin rumpet vinum novum utres, et ipsum effundetur, et utres peribunt.
- 38. Sed vinum mustum in utres novos mittendum est, et utrumque conservantur.
- 39. Et nemo qui biberit vetus, statim vult novum, dicit enim, vetus melius est.

HAMONIA HUIUS CONVIVII ET DISCEPTATIONVM EX TRIUM EVANGELISTARUM DESCRIPTIONIBUS IN UNUM CORPUS COAGMENTATA.

a Καὶ ἐμβὰς (ὁ Ἰησοῦς) εἰς τὸ πλοῖον, διεπέρασεν, καὶ ἤλθεν εἰς τὴν θάλασσαν. c Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποσπείρει τὸ Ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος. Ἦσαν γὰρ πάντες περὶ ὁρῶντες αὐτὸν. b καὶ διεπεράσαντες ἐξ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄχλος πλὴν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἔωσθη τὸ θάλασσαν. c καὶ ἐποίησθε δὲ ξύλον μέγα καὶ ἔλασαν αὐτὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῶν. c καὶ ἐγένετο αὐτῶν ἀνακειμένων ἐν τῇ οἰκίᾳ b αὐτῶν, αὐτῶν καὶ ἰδοὺ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἀελθόντες, ἰ σιμωκενεν τῷ Ἰησοῦ καὶ ὄρις μαθητῶν αὐτῶν. b Ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. ἰ καὶ οὐ γραμματεὺς καὶ οὐ φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν, b ἐδιδόντα μὲν τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἐλεγον ὄρις μαθητῶν αὐτῶν, τί ὅτι μὲν τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει b καὶ πίνει a ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; c καὶ ἐδογάζον οἱ γραμματεὺς καὶ οἱ φαρισαῖοι παρὸς τὰς μαθητῶν αὐτῶν, λέγοντες, διότι μὲν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε; ἰ ὁ Ἰησοῦς ἀκρίβως ἐδοκίμασε, ἰ καὶ εἶπεν αὐτοῖς, εὐχρησίων ἐχασιν οἱ ἰσχυροὶ (ἢ) ὑπαινοῦντες ἑαυτοὺς, ἀλλ' οἱ κακῶς ἐχόντες. a Πορευθέντες ἡμαίετε, τί ὄρις, ἐλεον θέλω, καὶ εὐδοσίαν. ἰ οὐ γὰρ ἤλθην καλεῖσθαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλῶς εἰς μετάνοιαν.

b καὶ ἦσαν οἱ μαθητῶν Ἰωάννης καὶ οἱ τῶν φαρισαίων νησειούτες, καὶ ἀπὸ περὶ ἡμερῶν αὐτῶν οἱ μαθητῶν Ἰωάννης, ἰ λέγοντες, διότι ἡμεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι νησειούμεθα a πολλὰ (καὶ) c πικρὰ, καὶ δεησῶμεν ποιῆσαι. ἰ οἱ δὲ μαθητῶν σα εὐνησειουσιν, (ἀλλὰ) c ἐδιδίχασι καὶ πίνουσιν; ἰ καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, μη δύνασται ὁ υἱὸς τῶν νυμφῶν a πένθειν (καὶ) ἠνησειεὶν ἰ ὅσον μὲν αὐτῶν ὄρις ὁ νυμφος; c μη δύνασθε τὰς ὑψς τῶν νυμφῶν, ἐν ᾧ ὁ νυμφος μὲν αὐτῶν ἐστι, ποιησαι νησειεὶν, ἐλευονται η ημεραι, ε ο ανω απαρθη ατω αυτων ο νυμφος, ἰ τότε νησειουσιν ἠεν ἐκειναις ταῖς ἡμέραις. c ἐλεγε η η σβαδολλω παρος αυτες, οτι υδεις επιβλημα ιματις κεινς επιβαλλει επι ιματιον παλαιον. ει η μηγε, και τον καινον ριζι, και τω παλαιω ε συμφωνει ο επιβλημα ο δοπο ε καινς. c καὶ υδεις επιβλημα ρακας αγραφς b επιραπις επι ιματιω παλαιω, ει η μη, αυτος το πληρωμα αυτου το καινου ε παλαις, και χερσος ρακμα γινεται. ἰ καὶ υδεις βαλλει οινον νεον εις ασκας παλαιας, ει η μηγε, ριζι ο νεος οινος τας ασκας, και αυτος εκχυθησεται, και οι ασκοι δοπολνται. αλλα οινον νεον εις ασκας καιναις βλητεον, f και αμφοτεροι σωτηρησονται. c καὶ υδεις πινω παλαιον, ευθως θελει νεον. λεγει ο παλαιος χρηστερος εστιν.

a Et ingressus Iesus navem, transiit, ac venit in suam civitatem. c Factum est autem, cum rediret Iesus, excepit illum turba. Nam omnes expectabant eum, b Et tum transiisset Iesus navi rursus in ulteriorem ripam, convenit turba multa ad eum, et erat circa mare. c Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. e Et factum est, cum accumberet in domo b illius, a et tunc ἰ multi publicani et peccatores a qui venerant, ἰ simul accubuerunt cum Iesu et discipulis illius. b Erant enim multi, et secuti fuerant illum. ἰ Et scriba et pharisaei adversus discipulos ejus, dicentes: Quare cum publicanis et peccatoribus editis ac bibitis? c Quia praeceptor vester? c Et murmurabant scribae et pharisaei adversus discipulos ejus, dicentes: Quare cum publicanis et peccatoribus editis ac bibitis? ἰ At Iesus, c ubi audivit, et respondit ἰ et dixit illis, non opus habent, b qui validi (sive) c sani sunt, medico, sed qui male habent. a Quin potius ite et discite quid sit illud: Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni ad vocandum justos, sed peccatores ad penitentiam.

b Et discipuli Johannis ac Phariseorum jejunabant, et a tunc adeunt eum discipuli Johannis, ἰ dicentes, quam ob causam nos et pharisaei jejunamus a plerumque (et) c frequenter et deprecationes facimus: discipuli vero tui c non jejunant, (sed) c edunt et bibunt? ἰ Et dixit illis Iesus, Num possunt filii sponsi a lugere (et) jejnare ἰ quamdiu cum illis est sponsus? Non potestis facere ut filii thalami, dum cum illis est sponsus, jejunent. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, c et cum ablatu fuerit ab illis sponsus, ἰ tunc jejunabunt ἠ in illis diebus. c Dicebat autem et similitudinem ad illos. Nemo immisuram novi vestimenti immitte in vestimentum vetus, alioquin et novum rumpit, et veteri non convenit immisurum ex novo. Et nemo assumens pannum rudem b assuit vestimento veteri, alioquin affert supplementum ejus novum a veteri, et pejor scissura fit. ἰ Et nemo mittit vinum mustum in utres veteres, alioquin dirumpit vinum mustum utres, et vinum effunditur, et utres percunt, sed vinum mustum in utres novos mitti debet, f et utrumque conservantur. c Et nemo qui biberit vetus, statim vult novum: Dicit enim, vetus melius est.

Periocha

Periocha hujus Concionis.

Evangelistæ ante omnia locum notant, in quo sequens historia acciderit. Nam Matthæus restatur, quod Jesus, cum repulsus esset à Gergesens, ingressus in navigium trajecerit, & redierit in suam civitatem. Hieronymus intelligit Nazarethum, quæ dici possit civitas Christi, eò quòd in ea sit educatus: Sicut Luc. 2. vers. 3. *idia πόλις*, sua cujusque civitas dicitur, ex qua quis est oriundus. Verùm Augustinus, quia ex Marco colligit, hanc civitatem non fuisse Nazarethum sed Capernaumum, mirificè se torquet, ut ostendat, quòmodo Capernaum *Christi civitas* dici queat. Et statuit totam Galileam dici posse civitatem Christi: sicuti universalis Ecclesia dicitur civitas DEI, & universum imperium, in tot civitatibus constitutum, dicatur civitas Romana. Et quidem certum est, hoc in loco non Nazarethum intelligi, sed Capernaumum: eò quòd omnes tres Evangelistæ in eo consentiant, Christum redeundo à Gadarenis in eodem loco rursus appulisse, à quo exierat. Nam *omnis populus ibi eum expectabat, & cum gaudio excipiebat*. Discesserat autem ex Capernaum, & transit per mare ad Gadarenos: Ergo ab his rursus ad illam civitatem, metropolim Galilææ, rediit. Adhæc Marcus disertè dicit, fuisse ipsum *circa mare*. Nazareth autem non circa mare sita erat, sed in mediterraneis. Errant itaque hoc in loco Hieronymus, Benedictus, Arias Montanus, & alii, qui hoc sequuntur: & tamen non est opus, ut ita nos torqueamus, sicut facit Augustinus. Rectius enim Chrysostomus hunc nodum solvit, dum dicit: Capernaum propria ipsius civitas appellatur. Nam Bechlehem eum tulit, Nazareth eum educavit, Capernaum verò perpetuum ipsius habitaculum erat. Quia ergo mox, postquam ministerium suum exorsus fuerat, habitationem suam eò transtulit, Joh. 2. v. 12. & Luc. 4. v. 31. quia ibi domum habuit conducticiam, pro qua numeravit censum, Matth. 17. v. 24. quia frequentiores ibi habuit conciones, & maximè stupenda ibidem edidit miracula, adeò ut Capernaum in cœlum usque exaltata dicatur, Matth. 11. v. 23. Ideò verè & rectè *idia πόλις propria civitas* dicitur. Sicut etiam Job. 2. v. 11. *idia γωρα*, propria regio dicitur, in qua quisque amicorum Job habitaret. Docet hoc, quòmodo singulæ civitates, oppida & pagi efficere possint, ut sint Christi, & propriè ad ipsum spectent. Nimirum si Evangelio hospitium præbeant, si Christum cum ministerio verbi & Sacramentorum admittant. Sicuti enim in Veteri Testamento Hierosolyma dicta est civitas Dei, civitas Domini virtutum, Psal. 48. v. 9. civitas magni regis, Matth. 5. v. 35. eò quòd Deus ibi habuerit suum focum & ignem, Jesa. 31. vers. ult. hoc est, peragebatur ibi cultus divinus, qui tum potissimum in offerendis sacrificiis constabat: Ita hodie in Novo Testamento, Christi *idia* & propriè civitas est atque dicitur, quæ publico verbi & Sacramentorum ministerio gaudet. Non autem potest esse exilem honorem, sic inter *τὰ idia* Domini Jesu Christi referri. Ut enim *τὰ idia*, propria

opponuntur *τῶν κεινῶν*, communibus, ita ut hæc illis longè posthabeantur, sic etiam Christus majorem curam habet eorum, quæ sunt *idia*, propria & quasi peculiaria, ipsisque plus protectionis ac defensionis præstat, quàm quæ sunt *δημόσια*, popularia & aliis communia. Tantum dent operam ejusmodi loca, ut præsentiam Christi gratam habeant, ne idem ipsis objici possit, quod Evangelista Joh. 1. v. 11. conqueritur: In propria venit, sed sui eum non receperunt. Talem certè contemptum Christus non inultum dimittit, sed graviter punit: ut in Capernaumo factum, quæ initio ad cœlos exaltata, postea usque in infernum dejecta est, Matth. 11. v. 23. quia Christi conciones & miracula vilipendit.

Addunt Evangelistæ, quòmodo in hac sua civitate fuerit exceptus. Dubium non est, quin Capernaumi plures fuerint mali: maximè, quia ibi multi Pharisæi & Legisperiti non tantum ex universa Galilæa convenerant, sed & ex Hierosolymis descenderant, ut observarent Jesum, sicuti ipsi periculum aliquod creare possent. Christus tamen hanc majoris partis improbitatem & ingratitude non patitur se permovere, quò minus urbem illam pro sua agnoscat, & navicula sua ad eam rursus appellat: paucorum nimirum bonorum salutem longe præferens multitudinis pravitati. Appulsus igitur, à populo, qui avide eum expectarat, magno cum applausu exceptus est. Sic Christus omni loco & tempore invenit, qui eum recipiant, licet major pars hominum propria malitia pereat. Hoc Christum permovet, ut in officio suo sit sedulus, nec ullam occasionem aliquos colligendi negligat, licet summam hominum ingratitude experiat. Pharisæi non ita pridem una cum Scribis incurabili suamalitia & blasphemis, quibus Christum per Beelzebub demonia ejicere calumniati erant, ipsum à se expulerunt, & ut Capernaumo discederet, permoverunt. Mox Gergeseni eundem ob porcos suos à se discedere jusserunt. Paulo post Scribæ & Johannitæ novis disceptationibus eum exagitabant. Cujusnam pectus hujusmodi arietibus concussum, non permoveretur, ut cum Mose Num. 11. vers. 11. se hoc onere levare, aut eum Helia 3. Reg. 19. vers. 4. animam suam tolli non exoptaret? Sed quemadmodum Sol ortum suum non differt, etiamsi cæcorum & lippientium sit magnus numerus, quibus omnibus ipse frustra oritur: ita hic justitiæ Sol, etiamsi à multis rejiciatur, non tamen desinit cunctis gratiæ suæ radios offerre, ut si non omnium, aliquorum tamen mentes ad salutem illuminentur. Atque sic præbet nobis exemplum, ut ipsius facilitatem imitemur, neque à benefaciendo absterreamur, licet beneficia à multis contemni, ab aliquibus autem malam etiam gratiam nobis ob ea referri videamus. Hinc Paulus vult, ne benefaciendo se gnefcamus. Gal. 6. v. 9. Populi quoque studium nos excitet, ut quando videmus Jesum discedere à Gergesens, qui porcos, hoc est, impuras voluptates & res mundanas cœlesti ipsius regno præferunt,

ferunt, nos ipsum verbo suo ad nos venientem tanto majori cum gaudio & vera fide excipiamus. Sic fiet ut salute certa & stabili in ipso fruamur.

Peculiare autem est quod de Matthæo hic refertur. Vocarat eum Jesus antea ad Apostolatam, sicuti supra cap. 44. Harmonia id demonstratum est. Nunc vero posteaquam Christus rediit Capernaum, ipse eum recipit in suas aedes, & suis sumptibus instituit convivium, quo Christum, discipulos ejus, & magnam turbam tum publicanorum tum peccatorum excipit. Ideo Lucas vocat *δοχλιον μεγάλον, convivium magnum*, *δοχη* autem habet nomen à capacitate: quia excipiendis convivis convenit. Ergo fuit magnum, non tantum quia magnificentius & lautius eos tractavit, quam pro more quotidiano epulari solebant, sed etiam propter numerum convivarum, qui erat satis amplus. Colligi autem potest ex hac historia, Matthæum ante vocationem fuisse unum ex illis, qui Matthæi 17. vers. 24. Capernaumi didrachma colligunt & exigunt. Habuit enim ibi domum, atque eam, ut hic apparet, prope mare, ut tanto commodius portorium ab ulro citroque navigantibus exigere posset. Christum enim circa mare versatum esse, antequam à Jairo intra urbem vocaretur, Marcus disertè testatur. Vocatus itaque sic omnia reliquit, ut tamen bona sua non abjecerit, nec se eorum possessione abdicarit. Habet enim adhuc post vocationem propriam suam domum, & certos reditus, ut convivii satis magni sumptus sustinere potuerit. Eodem modo etiam reliqui Apostoli omnia reliquisse dicuntur, dum animum averterunt ab omnibus negotiis, facultatibus, domibus, professionibus, quæ ipsis in vocatione impedimento esse poterant. Interim proprietatem eorum retinuerunt, ut quando per vocationem liceret, iis uti possent. Sicuti Petrus & reliqui Apostoli, Johan. 21. vers. 3. usi sunt sua piscatione. Ergo relinquere omnia, juxta exemplum Apostolorum, non est abdicatio proprietatis, quasi prorsus nihil proprii habuissent, sed est fuga eorum, quæ quempiam in cursu vocationis suæ impedire possent. Tandem tamen, cum post ascensionem Domini vocatio flagitaret, ut in omnem terram exirent ad prædicandum Evangelium Christi, ibi tum omnia in commune contulerunt, ut & ipsi expeditiores essent ad exequendum munus Apostolicum, & alii ex ipsorum bonis sublevarentur. Exemplum itaque Apostolorum prorsus nihil juvat Anabaptistas, qui illud, quod in Apostolis fuit peculiare, eo trahunt, quasi ab omnibus fidelibus esset observandum. Neque otiosi Monachi hic habent suæ hypocrisis fundamentum, qui absque vocatione & absque omni necessitate verbatenus omnia relinquunt, & in claustra sua se abdunt, ubi specie voluntaria paupertatis, otium & carnis voluptates quarunt, de alieno victitantes, atque interim vana ista persuasione sibi ipsis impoñentes, quasi ob hanc bonorum temporalium abjectionem, apud Deum longe meliori gradu essent quam alii.

Sed principales personas hujus convivii diligentius consideremus. 1. Prima est *Matthæus hospes*, qui hac invitatione sua eximum de se præbet exemplum, tum gratitudinis erga Christum, tum

dilectionis erga proximum. Ipse à Christo antea hæc tempora invitatus fuerat ad celestem coenam, & particeps factus summorum beneficiorum, remissionis peccatorum, justificationis & futuræ salutis, cujus gustum jam intra animum suum percipiebat, eo quod prioris vitæ, quæ mundo huic totus addictus fuerat, pertasus, omni studio ad celestia aspiraret. Cumque aliud non haberet, quo animum gratum erga suum hunc benefactorem declararet, honorario convivio ipsum ejusque discipulos excipere, & cum Christis multis aliis magnatibus invisus esset, ipsius causa sumptus facere voluit. Idem postea fecerunt Martha, Luc. 10. v. 38. Zachæus, Luc. 19. v. 6. Lazarus, Johan. 12. v. 2. & erga Apostolos Carcerarius Philippensis, Act. 16. v. 34. Grati itaque animi indicium fuit publicum, hæc solennis invitatio Christi, cujus cognitione ad salutem illuminatus erat. Charitatis vero erga proximum non simulata argumentum est, quod publicanos & alios minus honestæ vitæ homines, simul invitat: ut quemadmodum hactenus avaritiæ, turpis lucri & aliorum peccatorum foeti fuerant, ita etiam nunc salutis focii fiant. Et hæc est veræ atque vivificæ fidei natura, ut per charitatem operetur, Gal. 5. v. 6. ita quidem, ut corda hominum primum rapiat in amorem Dei, deinde verò efficiat, ut propter DEUM omnes homines etiam diligat, atque hos, quantum fieri potest, etiam ad Dei cognitionem & salutis participationem adducat. Alias nobis ex corrupta natura *φιλαυτίας* vitium adheret, ut nobis solis bene esse cupiamus & invidia laboremus, si partem aliquam felicitatis etiam ad alios derivari videamus. Sed charitas Christiana non æmulari, non querit quæ sua sunt, non invidet, non cogitat malum, sed congauget veritati, 1. Cor. 13. v. 4. Atque sic docet Matthæus suo exemplo quid deceat nos omnes, quos Christus per gratiam Evangelii ad se vocavit, atque in celesti suo regno salutis participes fecit. 1. Grata mente agnoscamus summum illud Dei beneficium, quod nos, à potestate tenebrarum ereptos, transtulit in regnum suum, & nos dignos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, Col. 1. v. 12. quo præstantius & excellentius beneficium ne cogitari quidem potest. 2. Hospitium ipsi præbeamus in corde nostro, quod fit, sicuti ipsemet testatur, Joh. 14. v. 23. quando verbum ipsius diligenter audimus, & per fidei obedientiam nos totos ipsi subijcimus. Tum enim per fidem habitat in cordibus nostris, Eph. 3. v. 17. 3. Beneficentiæ & charitatis operibus proximum juvamus, Heb. 13. v. 16. Sibi enim factum esse in novissimo die testabitur, quicquid uni ex minimis fratribus ipsius fecerimus, Matth. 25. v. 45. 4. Denique operam demus, ut quantum in nobis est, etiam alios ad Christi cognitionem adducamus, sicque quamplurimos ipsi luemur. Hoc ipso gloria Christi in terris propagatur, & gaudium excitatur in caelis, Luc. 15. v. 10. Huc respicit Jacobus Apostolus, Epistolam suam hoc dicto concludens: Fratres, si quis inter vos aberravit à veritate, & converterit eum quispiam, sciat, eum qui averterit peccatorem ab errore viæ suæ, servaturum animam à morte, & oblecturum multitudinem peccatorum. Caveamus autem, si Matthæum hac in parte imitati fuerimus, ne erronea hac persuasione

tionē nos ipsos decipiamus, quasi hujusmodi operibus perfectiorem justificationem consequamur, aut aliquid de salute nostra promercamur. Sed quicquid horum omnium fit, id fit totum in hunc finem, ut hujusmodi pietate, operibus & virtutibus, publicè coram hominibus nostram gratitudinem declaremus, erga summum istum benefactorem, qui nos in gratiam recepit, atque gratis justificavit, utque hac ratione etiam alios ad veram pietatem excitemus. Nam quod Apoc. 22. v. 11. dicitur: qui justificatus est, justificetur adhuc, non hoc sensu dicitur, quasi post justificationem fidei coram Deo indigemus ulteriore justificatione operum, ut quidam malè hoc dictum pervertunt: sed ut coram hominibus se magis inagisque in pietate exercent, atque sic foris operibus commonstrent, se intus in corde coram DEO peccatorum remissionem habere, atque in ejus gratia vivere.

II. Secundæ personæ loco nobis in hoc convivio veniunt *publicani & peccatores*. Quinam *Publicani* tum temporis fuerint, explicatum est cap. 16. hujus Harmoniæ in historia Baptistæ. Non fuerunt Ethnici, ut Tertullianus voluit. Alias enim Christus ipsis non fuisset conversatus, qui fuit minister circumcisionis propter veritatem DEI ad confirmandas promissiones patrum, Roman. 15. vers. 8. Sed fuerunt Judæi, atque hoc ipso nomine Phariseis tantò magis exosi: quia ipsi Judæi ab Ethnico magistratu coehebant vectigalia, quæ postea virum exigebant, ferè etiam iniquis exactioibus populum gravabant: atque sic magistratum externum probabant, cum Pharisei populum Judaicum liberum esse, neque externo magistratu subesse volebant. *Amparadi* verò, & *peccatores* quinam tum temporis habiti fuerint, cap. 57. Harmoniæ exposuimus. Erant illi, qui non tantum sine rubore in traditiones majorum, sed potissimum in legem DEI peccabant. Hofce Matthæus, tanquam olim ejusdem professionis & studii socios invitavit, ut simul & mutati vitæ generis, si peterent, rationem redderet, & ipsos suo exemplo ad consimilem emendationem invitaret, ne porro in exigendo vectigali populum inhumanius tractarent. Et apparet ipsos à via salutis non fuisse alienos. Alias enim scelerum complices, solent socios suos, si pœnitentiam agant, odisse & defensionis accusare. Hi verò minime illud faciunt, sed Matthæi mensam, qui non ita pridem relicto telonio secessionem ab ipsis fecerat, accedere dignantur. Unde hoc? Marcus causam induere videtur, quando hic dicit, *eos Christum secutos fuisse*. Ergò in Matthæi vocatione non ita pridem facta, divinam virtutem agnoverunt, & cum admiratione experti sunt, eum, ex avaro populi expilatore, liberalem & beneficium hominum amatorem factum esse. Ac proinde ipsi quoque sedulos concionum Christi auditores præbuerunt, ex quibus intra conscientias suas, peccatorum sensu compuncti, de salute sua solliciti, ejusdemque cupidi, omnes occasiones, quibus illa promoveri poterat, avidè acceptandas putaverunt. Idcirco inviti præsto sunt, ut vel in mensa aliquid audiant & addiscant, quod pedes eorum in viam pacis dirigere queat. Proponendum est hoc exem-

plum gravioribus peccatoribus, qui ex consuetudine peccandi habitum quandam contraxerunt, quales sunt ganeones, lurcones, commessatores, aleatores, libidinibus dediti & similes: hi, quando unum ex suo sodalitiò, relicto prioris vitæ tramite, in viam rediisse animadvertunt, ipsi cor suum non ita indurent, ut eos, quos vitam in melius commutasse conspiciunt,annis excipiant, aut maledictis petant, sicuti vulgo id fieri videmus, sed potius eorum exemplo invitati, ipsi quoque animum ad emendationem adjiciant, de salutis via ineunda, cogitent, sicque gaudium in cœlis excitent.

III. Tertia persona hujus convivii est *Christus cum discipulis*: qui ad benevolam discipuli sui postulationem facilem se præbet, & non tantum in domo Matthæi accumbit, sed & omnes, qui simul invitati fuerant, accumbere sinit, nullo rigidiore examine de ipsis præmissis, multo minus aliquo excludo, licet, tanquam omniscius Dominus, non ignorabat, qua calumnia Scribæ & Pharisei hoc ipsius factum essent excepturi. Eo ipso autem consolationem præbet omnibus pœnitentibus peccatoribus, & ostendit, quod, si quem per peccatorum remissionem & justificationem in gratiam recipiat, plane & perfecte omnium peccatorum memoriam aboleat, illa in profundum maris ita projiciat, Mich. 7. vers. 19. ut peccatorum eorum amplius in æternum recordari nolit, Jesa. 43. vers. 25. Apud homines ferè aliquid rancoris remanet, etiam post reconciliationem: ut ab inimico reconciliato nobis cavere jubeant, & ab eorum convictu absteinamus. Hoc Christus non facit, sed in testimonium omnimodæ reconciliationis, etiam gravissimos peccatores ad mensæ communionem admittit. Hinc Deus Ezech. 18. v. 28. dicit: quamprimum averterit se impius ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita vivet, & non morietur. Quemadmodum ergò hoc in loco pœnitentes publicanos & peccatores à mensa Matthæi minimè repulit: ita adhuc hodie ad sacra suæ mensæ communionem, in qua corpus & sanguinem, quibus salutem nobis acquisivit, distribuit, omnes verè pœnitentes admittit. Canes quidem, quibus sanctum non est dandum, & porci, ante quos margaritæ non sunt abjiciendæ, Matth. 7. v. 6. ab ista sacra mensa abigantur. At in quibus seriæ pœnitentiæ signa deprehenduntur, illi nondiuturnis expiationum & satisfactionum remoris sunt deridendi, ne in graviores conscientiarum terrores conjiciantur. Multi enim humanitate ad Christi societatem alliciuntur, qui satisfactionum austeritate ab illo absterrentur.

Nihil itaque nos in toto hoc Matthæi convivio invenimus, quod reprehensionem mereatur, sive ipsum hospitem, sive ejus convivam intueamur. Invenit tamen Sycophantæ oculus quod carpat. Omnes enim tres Evangelistæ uno ore testantur, ab aliquibus hoc factum graviter reprehensum fuisse. Nota autem 1. quinam fuerint, qui hoc factum culpant: nimirum Scribæ & Pharisei, qui tum temporis in populo Judaico opinionè singularis eruditionis, pietatis & sanctitatis, omnibus aliis præferri volebant, tanquam Legis interpretes & totius religionis columnæ. At hi semper & ubique maxime Christo adversabantur, dicta & facta

ejus carpebant, atque in omnibus acerbum & hostilem erga ipsum animum declarabant. Sicuti etiam alias nocentissimi sunt religionis hostes, qui eruditionis & pietatis speciem habent: virtutem autem ejus abnegarunt, 2. Pet. 3. v. 5. Rogemus itaque Dominum, ut doctrinam & eruditionem nostram moderetur & regat per Spiritum sanctum, aliquo gustu veræ pietatis, ne reprobi efficiamur.

2. Attendendum quid reprehenderint. Non possunt reprehendere luxum in hospite, qui convivium adornarat, nec intemperantiam in convivis: siquidem omnia honestè, temperanter & decenter peragebantur. Tantum, quia hoc primum est, quod Christus notorios peccatores in suam familiaritatem admittit, & communem cum ipsis mensam habet, Scribæ hoc arripiunt, & ita interpretantur, ut ipsius innocentiam & probitatem in dubium vocent. Apud se enim primo statuunt, nullum probum, honestum & justum virum cum hujusmodi deploratis peccatoribus & publicanis commercium habere debere. Cumque Christus id faciat, utique non adeo probum & justum esse, qualis haberi velit. Deinde existimant, magnam hanc esse Christi præsumptionem, quæ pugnet cum lege Moysi, cum traditionibus Patrum, & cum ipsa publica honestate, quod adeo facile cum peccatoribus in gratiam redit. Debere enim hos prius publica suæ poenitentiae edere specimina, peccata sacrificiis rite expiare, antequam vel in synagogæ communionem, vel ad aliorum honestorum virorum conversationem admittantur.

3. Expende etiam, apud quos Christi accusationem instituerint. Non cum ipso Christo, qui facti sui rationem reddere poterat, agunt, sed cum discipulis, si forsan ipsos, tanquam minus confirmatos, à Christo possent abalienare, hoc prætextu, quod ille, quem hæcenus ceu magistrum & præceptorem sint secuti, ejusmodi hominibus se socium adjungat & familiarem præbeat, quorum societas apud honestos omnes infamis habeatur. Discipulos itaque clam ad defectionem sollicitant, non dubitantes eam securitatem, si rem diligenter considerent. Quæstionem suam initio ita formant: *Quid est, quod præceptor vester cum publicanis & peccatoribus edit & bibit?* Præ se fert hæc quæstio speciem ingenuitatis & simpliciteris: sed revera Christum suggillare volunt, ut qui rem persona & officio suo indignam committat. Verba enim illa vim continent hujusmodi argumenti: Qui verè studiosi sunt honestatis & pietatis, illi cum piis & honestis conversantur, inhonestorum autem & infamium commercia vitant. At ipsi videtis vestrum præceptorem palam commensari cum publicanis, qui libertatis patriæ oppressores & Romanæ tyrannidis ministri sunt: adhuc cum peccatoribus, qui ob perpetrata scelera & fœde corruptos mores publice sunt infames. Quis ergo aliter judicare potest, quam nec ipsum esse virum probum & honestum, ut qui de publica honestate parum sit sollicitus? Lucas dicit, Scribas & Phariseos *murmurasse*, & discipulis quæstionem illam in hunc modum proposuisse: *Quare vos cum publicanis & peccatoribus comeditis & bibitis?* Apparet inde discipulos magistrum suum excusasse, & pro virili defendisse, unde stomachati sint Scribæ & Pharisei, & Christo quidem objecerint,

quod sit licentiæ Magister, ipsis verò, quod Magistro suo nihilo sint meliores. *Το γινώσκον* Varinus derivat à *γινώσκω*, quod grunnire significat, & explicat, *το γινώσκον* designare *ὅτι τῆ φωνῆ κατακλέπτειν, καὶ χαλάειν*, quod est simul & vocem dissimulare, seu submissa voce musitare, & tamen petulanti linguæ frena laxare. In Veteri Testamento passim *το γινώσκον* respondet Hebræo *גורל*, quod significat murmurando se alicui opponere, alicui resistere, sicut fecerunt Israelitæ Moysi & Aaroni. Utunque Scribæ & Pharisei hic rectè convenit. Nam Christo Domino sese opponunt: neque tamen aperte eum aggredi & in faciem arguere audent, sed subdole discipulos adoriuntur, adversus hosce musitant, captiosis quæstionibus ipsis insidiantur, virus tamen linguæ apud ipsos liberius evomunt, quasi dicant: Videtis tandem, quam malè consulueritis vestra existimationi, & quam stultè feceritis, quod deferentes legitimos doctores, hunc præceptorem vobis elegeritis, qui socium se præbet perditissimorum hominum, & hostem disciplinæ sanctioris. Quantum enim quæso apud ipsum proficistis? Tantum nimirum, ut & vos publicanorum & peccatorum socii habeamini, & tandem infames reddamini. Tales poteratis esse sine isto Jesu, nec opus erat, propter ipsum periculosum schisma in religione movere. Discamus hinc agnoscere ingenium & artes hostium veritatis. Hi 1. solent aggredi rudes & imperitos, præteritis illis, qui ad respondendum sunt parati. 2. Calumniari solent, quod per se non est malum, vel certè commoda aliqua interpretatione mitigari potest. 3. Interim atrocita flagitia, quibus ipsi scatent, qualia in Phariseis fuerunt, avaritia, ambitio, hypocrisis, Legis divinæ prophanatio, imposturæ & alia, secure negligunt. Imitantur hac in parte verum suum Magistrum, Satanam, qui hoc stratagemate usus est in invehendo peccato in universum terrarum orbem. Is 1. non virum, sed mulierem aggressus est, quam insidiis suis magis expositam esse animadvertibat. 2. Calumniatus est Dei præceptum, ac si illud ex invidia aliqua erga genus humanum profectum esset. 3. Interim, quo odio ipse adversus hominem flagrabat, studiose texit. Eadem hodie sunt artes astutissimorum seductorum, qui imperitos & imbecilles mulierculas adoriuntur, multa in ministrorum verbi contumeliam dicunt, & captiosis quæstionibus rudiores intricare conantur. Tales vitare & fugere discamus.

Licet ergo ex his omnibus venenatum atque Satanicum Phariseorum & Scribarum cor adversus Christum plus satis conspiciatur: Est tamen quæstio disquisitione digna, utrum liceat conversari cum ejusmodi hominibus, qui ob flagitiosam vitam publica quasi infamia sunt notati, adeoque excommunicati. Certè in Veteri Testamento Lev. 10. v. 10. Deus non tantum à sacerdotibus requirit, ut habeant scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum: sed ut idem etiam doceant filios Israel. Et cur Deus tam sollicitè præscripsit differentiam mundorum animalium & immundorum, quid comedere & quid respicere debeant? Præterquam ut sancti sint, sicut & ipse sanctus est, nec polluant animas suas: sicuti hanc rationem reddit ipse Lev. 11. vers. 44. Ideo Dominus etiam Psalm. 50. v. 18. hoc nomi-

nomine impios arguit, dicens: si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam habebas. Item in Psal. 1. vers. 1. beatus pronunciat, qui in peccatorum via non stetit, & in cathedra derisorum non sedit. Ideo etiam Jesa. 52. vers. 11. dicit: Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio ejus, mundamini, qui fertis vasa Domini. Nam, ut Siracides scribit cap. 13. vers. 1. Qui picem tangit, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit superbo, induet superbiam. Et in primis Jerem. 15. v. 19. inquit Deus: si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Cùm ergo Messias ipsum os Domini sit, omnino non prater rem Scribæ & Pharisei murmurare videntur, quod Jesus Messia personam præ se ferens, viles & contemptos publicanos atque peccatores à pretiosis Legis peritis, sacerdotibus & similibus non segregat. In Novo Testamento nos consimiles habemus commonefactiones, de vitanda conversatione flagitiosorum. 1. Cor. 6. v. 10. 11. Paulus vult, ut ne cibum quidem capiamus cum ejusmodi. Idem docet 2. Cor. 6. v. 14. prolixè. Item 2. Thess. 3. v. 14. scribit: si quis non obedit verbo nostro, hunc per Epistolam notate: & non commisceamini, ut confundatur. Johannes Epist. 2. v. 10. vult, ut si quis doctrinam sinceram non afferat, eum in domum non recipiamus, & ne ave quidem ipsi dixerimus. Idem de flagitiosa vita est intelligendum. Et quod Apoc. 18. v. 4. de tota Babylone dicitur, idem etiam de singulis ejus membris accipi potest: exite de illa popule mi: ut ne participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis. Sed omnia hæc dicta facile & breviter expediri possunt, si modo dextre explicetur, quatenus peccatoribus sit conversandum. Duæ igitur potissimum causæ in illis dictis omnibus spectantur, quæ sunt observandæ. Una est impulsiva: si vel avaritiæ, vel privati commodi causa ipsis conversemur, prout mundus facere solet, tum sane illud est culpabile; sin propterea id fiat, ut possimus ipsos Deo lucrificare, quis bonorum hoc reprehendet? Deinde etiam finis sive scopus, ob quem sint vitandi, est observandus. Et quidem, si rem recte consideremus, idem est scopus, & vitandi eos, & recte cum ipsis congregandi: ut scilicet in peccatis non perseverent, sed pudore suffundantur & convertantur. Quando ergo periculum est, ne modicum fermenti totam massam inficiat, aut ne peccatores interpretentur, quasi peccata ipsorum approbemus, ut ita in peccandi habitu & consuetudine confirmantur, tum peccamus. Nam qui ipsis ablandiuntur, aut ad scelera convivent, illi communicant de alienis peccatis, ut Paulus loquitur, 1. Tim. 5. v. 22. Qui vero ita conversantur, ut moneant & arguant, quo fieri peccata detestentur, & citius respiciant, sicut Christus fecit, illi nullam reprehensionem merentur. Nam ipse Christus variis modis peccatores tractavit, alios docendo & arguendo, alios conivendo & blande monendo convertit. Sed satius fuerit ipsum Christum hac de re disserentem audire. Discipuli enim, cum Scribæ & Pharisei acriter instarent, quæstionem ad ipsum Christum retulerunt. Qui inde occasionem sumisit pulcherrimæ doctrinæ, quam tribus dulcissimis sententiis complexus est.

Harm. Tom. I.

I. Dicit: *Non opus habent hi, qui validi sive sani sunt, medico, sed qui male habent.* Peccatores confert ægrotis, seipsum autem medico, utrumque admodum concinne. Ut enim morbi intra corpus enati, illud de die in diem debilitant, omnes vires ejus enervant, donec tandem mortem ipsam afferant; ita peccatum, quod nobis natura inhæret, omnes animæ vires, sive intellectus, sive voluntatis, debilitat, bonorum operum actiones impedit, & facit, ut tandem spiritali morte moriamur. Sicuti Deus dicit Ezech. 18. v. 4. Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. Deinde, quemadmodum illi, qui morbis sunt correpti, nec sibi ipsis subvenire, nec seipsos à morte servare possunt, sed indigent medico, qui consilio & ope ipsis assistit, qui salutari pharmaco propinato morbum pellat, & vires corporis restituat: Ita nemo hominum est, qui ex propriis viribus quicquam ad suam salutem conferre, peccatorum damna depellere, aut æternæ mortis discrimen effugere possit. Medico nobis opus est, quem cœlestis pater dedit, Messiam, qui Exod. 15. v. 26. inquit: Ego sum Dominus Deus, Medicus tuus. Hic medicus salutarem nobis medicinam paravit, dum in sacra passione percussus, contusus & maceratus, Patri suo pro nobis perfectissimam obedientiam præstitit, usque ad ignominiosam mortem crucis. Phil. 2. v. 8. atque sic per oblationem immaculati sui corporis impetravit, ut conscientia nostræ mundentur ab operibus mortuis, ad serviendum DEO viventi, Hebr. 9. v. 14. Aliam medicum & aliam medicinam non possumus invenire. Neque enim in alio quocumque est salus, aut aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, Actor. 4. v. 12. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum accipiant per nomen ejus, omnes qui credunt in ipsum, Act. 10. v. 13. Nam sanguis Jesu Christi filii Dei mundat nos ab omni peccato, 1. Joh. 1. vers. 7. Hæc est felix illa panacea, quæ omnis generis spirituales morbos pellit. In morbis autem corporis necesse est, ut pharmaca intra corpus recipiamus, quæ malos humores pellentes & expurgantes, corpori sanitatem restituant. Sic etiam pharmacum mortis & meriti Christi nobis applicemus, quod non tantum sit, quando verbum Dei, quod est animarum medela, Sap. 16. v. 12. diligenter audimus, intra cor recipimus, & in eo cultodimus: sed & quando sacrosancto corpore & sanguine Christi in mystica cœna fruimur. Ibi enim manducamus, quod pependit in cruce, & bibimus, quod fluxit ex latere Christi, in remissionem peccatorum nostrorum. Huc respicit Christus illo dicto, atque sic argumentum ducit à suo officio, quasi in hunc modum argumentaretur: Injustè accusatur medicus, si se ægrotis familiarem præbeat, ipsis conversetur, eorumque curam agat: hoc enim ipsius officium requirit. Ego in hunc mundum veni, à Deo datus animarum medicus omnibus peccatoribus. Ergo injustè à vobis accusor in eo, quod peccatoribus conversor, ipsisque sum familiaris. Nos ergo omnes, quia peccati morbo sumus infecti, hunc animarum medicum agnoscamus, suscipiamus, consulamus. Etenim quæcumque à fido, perito & perfecto medico expectari solent, ea omnia ipse perfecte præstare potest. Medici est,

Ppp 2

est, 1. ut morbos agnoscat, & quibus mediis pelli possint intelligat. 2. ut agrotos sibi cordi esse patiatur, ipsisque medicinam lubens volensque adhibeat. Utrumque Christus habet: illud, quia pater omnia reposuit in manus ipsius, Joh. 3. v. 35. & vult ut de plenitudine ipsius accipiamus gratiam pro gratia, Joh. 1. v. 16. Itaque tanquam omniscius & omnipotens Dominus, potest id præstare: hoc, quia habemus in ipso talem pontificem, qui compati scit infirmitatibus nostris, eo quod & ipse sit tentatus per omnia in similitudinem nostri, absque tamen peccato, Hebr. 4. vers. 15. Vult ergo Christus dicere Scribis: multi abhorrent à conspectu ægrotorum, nimirum metuentes ne ab illis inficiantur. Si medicus eodem modo esset affectus: & medicus officio suo non satisfaceret, & ægri perirent. Itaque agnoscite aliam esse medici & aliam reliquorum erga ægrotos rationem.

Caveamus autem sedulo & serio, ne præter hunc unicum animæ medicum ullum alium quæramus. Nam si quippiam aliud, sive in cælo, sive in terra ægris animabus medelam & salutem afferre potuisset, non opus fuisset hunc medicum de cælo descendere, & tot gemitibus & doloribus, adeoque sudore sanguineo nobis medicinam parare. Sicuti ergo spes nulla restitutionis esse potest in illis, qui hunc lethalem animæ morbum in se non agnoscunt, prout cæci Scribæ & Pharisei fecerunt: ita quoque illi pereunt, qui licet morbum agnoscant, alibi tamen, quam apud cælestem hunc medicum, remedium quærunt. Quemadmodum enim olim in deserto, Israelitis, ab ignitis serpentibus vulneratis, nullum aliud antidoton salutem afferre poterat, quam intuitus ænei serpentis à Mose suspensi, Num. 21. vers. 8. ita quoque adversus morsum infernalis serpentis nullum est remedium, quam sanguineum meritum JESU Christi, ex ligno crucis suspensi; hunc qui vera fide amplexus fuerit, non peribit, sed vivet in æternum, Johan. 3. v. 14. Ter miserum itaque est, homines animæ suæ morbum agnoscentes & ad salutem pharmacum anxie anhelantes, ad missas, peregrinationes sanctorum, Purgatorium, bullas Papales, sive plumbeas, sive ferreas, & sexcentas alias nugas remittere, & ab unico hoc fideli animarum Curatore abducere. Ipse DEUS hanc miseriam in verbo suo deplorat, dum per Prophetam dicit: Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, venite & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum, non in satureitate. Jesa. 55. v. 1. Omnes itaque ægri properent ad hunc Samaritanum, qui solus obligat vulnera nostra, atque infuso vino ac oleo nos sanat, Luc. 10. v. 33. Illi autem, qui ὄρταινοτες ἢ ἰσχυροί, sani & robusti sibi videntur, cum tamen revera naturâ nemo hominum talis sit, illis occinamus illud Apoc. 3. v. 17. paululum mutatis verbis: pro eo quod dicis, dives sum, & sanus, & nullius egeo, & nescis, quia tu miser es, & æger & cæcus: suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, accipere à me salutem pharmacum, ut conforteris, & collyrio inunge oculos tuos, ut videas. Quapropter, quicumque contendit ad æternam salutem, is ante omnia morbum suum spi-

ritualem agnoscat, quæ agnitio non potest existere sine veris & seriis motibus voluntatis, quibus homo ad pœnitentiam adigitur. Et hoc est initium, quod præcedere debet hominis justificationem, quando conscientia agnoscit iram DEI adversus peccata, dolet propter illa & abjicit propositum perseverandi in illis. Sicut ergo sensus morbi, aut dolor vulneris, urget & impellit ad desiderandum, quærendum & suscipiendum Medicum: ita etiam agnitio peccati & vera contritio impellit hominem ad quærendam justificationem.

II. Addit Christus, *quin potius ire & discite, quid sit illud: Misericordiam volo & non sacrificium.* Tuetur se autoritate scripturæ sacræ. Nam citato textu Ose. 6. v. 6. ostendit, se nihil facere, quod pugnet cum voluntate Dei. Proponit autem hanc sententiam non sine acedine aliqua, & mordaci exprobratione ignorantium. Volebant Scribæ & Pharisei soli videri Scripturarum scientissimi: & tamen in omnibus disputationibus cum Christo, & quæstionibus fidei, turpem suam ignorantiam probebant. Sicuti hæcenus sæpenumero id videlicet, in doctrina de regeneratione, de Sabbato, de legis interpretatione, & vero ejus usu. De his omnibus summi isti legis Doctores minus solidi quid sciebant, quam pueri minores. Ita, etiam de peccatorum remissione & justificatione, hominis erroneas habebant opiniones, putabant sacrificiis peccata esse expianda, ac propterea DEUM Levit. 4. 5. & 7. cap. sacrificia pro peccatis & pro delictis mandasse, quasi per ea peccata tollerentur, sibi que satisfaceret, sive homo peccator pœniteret, sive non. Cum tamen sacrificia illa omnia tantum fuerint typica, quæ peccati reatum coram Deo aliter non expiarent, nisi quatenus ea offerens fide respiceret in futurum expiatorium sacrificium Christi. Ex hoc errore etiam exorta est intempestiva illa reprehensio, qua Scribæ conversationem Christi cum peccatoribus carpunt, à qua ipsi tantisper abstinendum censuerunt, donec peccatores sua sacrificia coram sacerdotibus obtulissent, sicque rite expiati & synagogæ reconciliati essent. Remittit ergo Christus ipsos ad sacra Biblia, & vult, ut ex Prophetarum doctrina, maxime autem ex citato loco Hoseæ, addiscant, qualiter Deus velit peccatores tractari: nimirum, non ut impellantur, quo magnis sumptibus splendida sacrificia & holocausta ad templum adducant, sed ut in Dei cognitione proficiant. Vera autem Dei cognitio est illa, qua homines tum ex lege moventur, quod Deus serio irascatur peccatis, & minetur mortem atque æternam damnationem peccatoribus, nisi fiat reconciliatio, tum ex Evangelio discunt, quod Deus propter filium Mediatorem velit gratis remittere peccata omnibus, qui plena fiducia ipsum suscipiunt, & doctrinam ejus sequuntur. Et ut peccatores ad hanc Dei cognitionem adducantur: ideo dicit se eos dolere in Prophetis, & occidere verbis oris sui. Ac certe qui peccatores dolere debet, qui verbis suis, monitisque increpationibus tantum non enecare, is ab ipsorum conversatione non potest abstinere, sed necessarium est, ut continue cum ipsis conversetur, quo ipsos ad conversionem adducat. Et hoc ipsum opus Propheta ibi vocat *מִסְרָחִים*, *Misericordiam*. Nam non tantum illud est opus misericordiæ, quando quis

quis in externis malis afflicto proximo succurrit; sed vel omnium maxime, si quis peccatorem, spiritualibus malis oppressum, de ira Dei doceat, à peccando abstrahat, ad verum Dei timorem alliciat. ad Dei cognitionem adducat. Hoc opus cum ipse Deus omnibus sacrificiis longe præferat: quid ergò Sycophantæ isti habent, quod jure carpant? Nam & alias Deus semper sacrificia, adeoque ceremonias omnes rejicit, quando Judæi iis usi sunt, absque vera pœnitentia, aut easdem opposuerunt veræ fidei in Christum, per quam solam homo peccator apprehendit gratiam & misericordiam Dei: sicuti videre licet in Psal. 50. v. 8. Jcf. 1. v. 12. & 66. v. 3. Jer. 7. v. 21. & in aliis locis quamplurimis.

Est autem utilis admodum & notatu digna regula, qua præcipitur, ut sicuti in Novo Testamento, præcipue à Christo, citantur & allegantur loci aliqui ex Veteri, integrum textum inspicimus. Tum enim circumstantiæ illius, antecedentia item & consequentia, multa monebunt, quæ verum loci sensum aperire possint. Id si in præsentis loco fecerimus, videbimus quam apposite Christus hoc Prophetæ dictum præcedenti sære rationi subjunxerit. Dixerat, se non culpandum esse hoc nomine, quod peccatoribus converteretur: eo quod hi ægrotorum, ipse verò medicirationem obtineat. Ad hujus autem sententiæ confirmationem quasi facit hæc allegatio Hoseæ. Loquitur enim ibi de Messia, & introducit decem tribus Israelis, & duas tribus Juda inter se conferentes, quomodo Messiam suscipere, & quid beneficii ab ipso expectare velint, & testatur, eos agentes pœnitentiam dicturos: Venite, revertamur ad Dominum, ipse enim percussit nos, ipse etiam sanabit nos. Imo non solum curabit nos, sed & vivificabit post duos dies: & in tertio die resurgens ab inferis, omne genus hominum suscitabit. Cumque percussos curaverit, & curatos vivificaverit, & vivificatos suscitaverit: tunc vivemus in conspectu ejus, qui prius illo absente mortui jacebamus. Videntes autem in conspectu ejus, sciamus eum, & omni studio sectabimur, ut cognoscamus Dominum, quo tertia die resurgente, & nos surreximus. Et hoc opus misericordiæ, quod in reducendis peccatoribus in vitam impenditur, illud se omnibus sacrificiis anteferre Deus testatur. Quibus quidem verbis Deus non simpliciter omnes ceremonias rejicit: sed tantum nihil ad sanitatem & vitam spiritualem conferre testatur. Quando verò jam per Christum vivificati sumus, tum debemus Deo offerre spirituales hostias, 1. Pet. 2. v. 5. Corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum, Rom. 12. v. 1. hostiam quoque laudis, id est, fructum laborum consentium: nomini ejus, Hebr. 13. v. 15. seu vitulos laborum nostrorum, Hof. 14. v. 3. Hæc sacrificia Deo non displicent, maxime si ex vera fide profluant, honori divini nominis & proximi ædificationi serviant.

III. Tertia ratio, qua Christus factum suum tuetur, & Scribas calumniæ convincit, desumpta est à proprio officio Mediatoris: *non veni vocare justos.* Iusti secundum scripturam non uno modo dici possunt: præsertim autem duo sunt, qui huic loco conveniunt: 1. Quia omnis justitiæ norma &

regula est, mens & voluntas Dei, sive in prima creatione mentibus inscripta, sive postea in lege repetita. Iusti dici possunt, qui plene & perfecte cogitationibus, dictis & factis illam Dei voluntatem exprimunt. Tales fuerunt Adamus & Eva ante lapsum. Et si in illo statu permanissent, mediatore opus non habuissent, nec propter ipsos Messias in mundum venturus fuisset: sed ipsi voluntatem Dei perfectissima justitia explevisent. Nunc verò, quia per inobedientiam istius hominis peccatores constituti sunt multi, Rom. 5. v. 19. Non est justus quisquam, Rom. 3. v. 10. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt omnes, Psal. 14. v. 2. & conclusit Deus omnia sub peccato, Gal. 3. v. 22. Messias igitur propriè loquendo venit propter omnes homines. Deus enim sic mundum totum dilexit, ut filium suum unigenitum daret, Joh. 3. vers. 16. Sed 2. in hoc ipso cœtu peccatorum multi sunt, qui revera quidem coram Deo sunt peccatores, sibi ipsi autem justi videntur, aut ut Luc. 18. v. 9. dicitur, in seipos confidunt, tanquam justi. Horum causa quoque Christus se non venisse testatur. Non quasi hi arcano aliquo DEI decreto essent exclusi, ne ad pœnitentiam & salutem revocarentur. Sed quia ipsi Christum non suscipiunt, ejus ope & mediatione se non indigere opinantur. Tales erant Scribæ & Pharisei, de quibus Paulus, Rom. 10. v. 3. testatus est, quod dum quæsierint suam justitiam stabilire, justitiæ Dei non fuerint subiecti. Si cui igitur Christus ad salutem prodesse debet, necesse est, ut ante omnia agnoscat, se esse peccatorem: sive is sit mas sive foemina, sive herus sive servus, sive Judæus sive Græcus. Nam hic est fidus ille sermo, & omni acceptione dignus, cui tuto assentiri debemus & possumus, quod Christus Jesus in mundum venit, peccatores salvos facere, 1. Tim. 1. v. 15. Quomodo autem salvos velit facere, id unico verbo hic comprehendit, dum dicit, se venisse, eos *vocare ad pœnitentiam.* Quid *pœnitentia* & pœnitentia sit atque complectatur, nimirum displicentiam & detestationem peccati, pavorem ex timore iræ Dei, mutationem mali propositi in bonum, cum fiducia misericordiæ divinæ propter meritum Messia, illud supra cap. 16. Harm. prolixè demonstratum & explicatum est. Christus ergò peccatores non vocat, nec ad licentiam, nec ad satisfactionem, sed ad emendationem. Et hac de causa ministerium suum à prædicatione pœnitentiæ exorsus est, sicut superius cap. 35. Harmon. prolixè id vidimus. Imo mox ab initio hoc Mediatoris officium exercuit in primo homine, quem statim post lapsum in paradiso ad pœnitentiam vocavit, & promissione sui adventus erexit atque recreavit, Gen. 3. v. 9.

Cæterum, præterquam quod Christus his verbis facti sui rationem reddit, etiam plura iis docet. 1. Causam ostendit, quare Scribæ & Pharisei ipsum non recipiant. Nimirum quia seipos pro justis habeant, atque opinione propriæ justitiæ ebrii, nolint agnoscere se esse peccatores. Nam hæc maxima est totius Christianismi: si velimus frui gratia Christi, necesse est ut prius nos humiliemus coram ipso agnitione peccatorum. Phariseis ergò dicit: Vos murmuratis, quia persuasionem habetis propriæ justitiæ. Quam si deponere, & vos coram Deo non minus quam alii homines peccatores

tores esse cognoscere possētis, jam quoque ad me, tanquam ad animarum Medicum accurreretis. 2. Reprehendit etiam eos, quod appellationem peccatoris corruperint. Ipsi pro ἀμαρτωλοῖς & peccatoribus habebant saltem illos, qui in manifestis & notoriis sceleribus deprehensī synagoga erant excommunicati. In Ecclesia autem appellatio peccatorum non debet ita accipi. Sed quia non est homo, qui non peccet coram Deo, 3. Reg. 8. v. 46. & nemo potest dare mundum conceptum de immundo semine, Job. 14. vers. 4. Nec in conspectu Dei justificatur omnis vivens, Psal. 143. v. 2. Ideo juxta sensum scripturæ coram facie Dei peccatores appellandi sunt omnes homines, quatenus sunt extra Christum. Quando verò per & propter Christum peccata sunt tecta & remissa, Psal. 32. v. 1. tum justi sumus coram Deo, non quidem propria justitia, sed imputata, ut vocatur Rom. 4. v. 5. Deus enim Christum, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, 2. Cor. 5. v. 21. Nos ergo, qui natura sumus peccatores, demus operam, ut inveniamur in Christo, habentes non nostram justitiam, quæ ex lege est, sed justitiam, quæ est ex fide Christi, quæ ex Deo est justitia in fide, Phil. 3. v. 9. 3. Præterea & illud Christus in Scribis reprehendit, quod nullum discrimen faciunt inter peccatores pœnitentes & impœnitentes. Impœnitentes peccatores, qui præfracte & contumaciter in suis peccatis perseverant & progrediuntur, sunt vitandi, ut pudeant. Sicuti Paulus hoc Corinthiis suis præcipit contra incestuosum, 1. Cor. 5. v. 4. Quando verò iidem pœnitentiam agunt & convertuntur, cum gaudio sunt recipiendi, ne, si durius & inclementius tractentur, desperent, & abundantiore tristitia absorbeantur. Sicuti Paulus illud de eodem incestuoso docet, 2. Cor. 2. v. 7. Hoc animarum curatores probe notent, quo verbum veritatis rectè fecerint, Legem & Evangelium aptè cuius applicent: & nec securos nimia lenitate in peccatis confirmant, nec consternatas conscientias nimia austeritate ad desperationis præcipitium adducant. Nam qui in peccatis progrediuntur, nec unquam desistere cogitant, cum illis Christo nihil est rei. Nam Christus propter peccatores in mundum venit, non ut eos in malo confirmet, aut in ipsis foveat licentiam peccandi: sed ut ad emendationem invitet. 4. Insuper insignis consolatio latet in his verbis, pro peccatoribus pœnitentibus, quod filius Dei ipsos ob commissa sua scelera nequaquam aspernetur, sicut fecerunt Pharisei, sed venientes suscipiat, Joh. 6. v. 37. Imò non venientes quarat, & ad pœnitentiam vocet. Reliqui ægroti medicos ad se accersunt, ut ab iis curentur: hic Medicus Christus, non tantum ægros curat, sed sua sponte

eos accedit, vel certè ad se vocat. Vocat autem eos non ad pœnam peccatis suis commertam, sed tantum ad peccatorum agnitionem & conversionem. Et hoc est, quod Joh. 3. v. 17. dicit: Non misit Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Quæ major posset esse benignitas hujus Domini, quod mundum vocat, non ad satisfactionem, sed ad emendationem? Ipse pro satisfactione peccatorum nostrorum expendit suum sacrosanctum sanguinem, 1. Joh. 2. v. 2. & 1. Pet. 1. v. 19. deposuit pro ipsis vitam seu animam suam, quam propterea vocat ἀγορὴν ἀντι πᾶσιν, redemptionis pretium pro multis, Matth. 20. v. 28. Quoad nos contentus est, si tantum humiliter agnoscamus, serio deseamus, absque simulatione confiteamur, demisse deprecemur, & cœlesti patri sincero cordis affectu dicamus: dimitte nobis debita nostra. Hoc si fecerimus, tum propter Christum remittuntur nobis peccata, abjiciuntur in profundum maris, delentur sanguine Jesu Christi, nec eorum memoria unquam amplius ascendit coram Deo. Hinc agnoscamus, quales illi sint quæstores & exactores, non autem Medici animarum, qui à pœnitentibus & credentibus nescio quas extorquent satisfactiones, tantum sui commodi & æstus causa. Nam si nostris satisfactionibus peccata expiare, aut iram Dei tollere potuissemus, quid opus fuisset, hunc medicum de cœlo venire? Et experientia testatur, quod qui sead hujusmodi satisfactiones proprias deducere patiuntur, in meris versentur dubitationibus de salute sua, nec ulla certitudine vitæ aternæ fruuntur. Itaque sufficiat nobis, quod scimus, Christum venisse, ut nos vocet, non ad satisfactionem, sed ad pœnitentiam, sicuti omnes tres Evangelistæ uno ore testantur. 5. Denique etiam hæc consolatio ex tota hac actione desumi potest: quod quemadmodum Christus hic discipulos suos adversus cavillationes & reprehensiones Scribarum tuetur: ita adhuc hodie eodem officio in cœlis ad dextram Patris fungitur pro omnibus, qui vera fide ipsum sequuntur. Etenim antiquus serpens, Satanus, accusat nos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, Apoc. 12. v. 10. nec tantum peccata & defectus nostros istuc defert, sed & rectè facta atque pietatem, unde & 2. Thim. 3. v. 2. dicitur, calumniatur, sicuti fecit pio Jobo, cap. 1. vers. 9. Et si per ipsum staret, singulis momentis Dei indignationem adversus nos provocaret. Sed hæc est consolatio nostra, quod apud Patrem habeamus fidelem advocatum, Jesum Christum, 1. Joh. 2. v. 1. Quis ergò nos condemnabit? Christus Jesus pro nobis mortuus est, imò & resurrexit, & est ad dextram Dei, ut interpellet pro nobis. Et hæc de convivio Matthæi.

QVÆSTIO DISCIPULORUM JOHANNIS ET PHARISÆORUM DE JEJUNIO.

Pergunt Scribæ & Pharisei, de quo etiam c. 43. Harm. ex 9. cap. Matth. dictum est, ostendere, qua de causa frequenter undique, non tantum ex Galilæa, verum etiam Hierosolymis, convenirent Capernaumi: nimirum, ut cursum ministerii & doctrinæ Christi quoquo modo impedirent. Quia igitur illi in præcedenti disceptatione erant reje-

cti, at verò magna autoritas erat nominis Johannis Baptistæ apud populum, nunc secundo discipulos ejus sibi adjungunt, an fortassis autoritate Johannis Christum prægravare queant. Et quidem, cum discipuli Johannis hoc primo in consimili materia de purificatione tentarent, atque Christo invidiam conflare vellent, reprehensī sunt

sunt à suo Magistro, Joh. 3, v. 25. sicuti prolixè hoc explicatum est, in 30. cap. Harm hujus. Nunc verò, quia Johannes est in carcere, neque eos coram compescere poterat, alia ratione idem tentant. Discepcionis autem status hic erat. Deus ipse in Lege præscripsit populo suo jejunium, sed nullum amplius quàm unius diei, mense septimo, decima die mensis, in ipso festo expiationis, quo die animas suas affligere & ab omni cibo & potu abstinere debebant, usque ad vesperam, sicuti scribitur, Lev. 16. v. 29. & 23. v. 17. Erat autem Leviticum jejunium à Deo institutum in eum finem: Quia illo die tota Ecclesia conveniebat, & publica pœnitentia peccata sua confitebatur ac deplorabat, atque eorum remissionem propter futuram Messiae expiationem ardentibus precibus à Deo petebat, hic ritus jejunii adjectus fuit, ut intentio animi, in illo pœnitentiæ & orationis exercitio, excitaretur, augetur, retineretur. Et ne alii alios in illa intentione turbarent, toti populo hoc jejunium fuit injunctum, sub pœna exterminii ex suo populo. Postea verò Judæi plura jejunia ex seipsis instituerunt, de quibus Jesaias prolixè agit. cap. 58. vers. 3. Et habuerunt eorum quædam probabilia initia, ut patet ex Zach. 7. v. 5. & 8. v. 19. Quia enim Rex Babylonie cœperat oppugnare Hierosolymam mense decimo, & mense quarto cœperat civitatem, quam mense quinto desolat, & mense septimo interfectus fuerat Godolias, ut igitur memoria harum calamitatum esset commonefactio de pœnitentiâ; singulis annis illis mensibus jejunium servarunt, quando duravit captivitas Babylonica. Ita Esther. 9. v. 31. Judæi ex constitutione Mardochei receperunt jejunium duodecimi mensis, ob recordationem calamitatis, quam tunc ab Hamano impendentem Deus averterat, sed cum post reditum Judæi interrogarent, utrum annua hæc jejunia observare deberent, Deus per Prophetam ipsis respondit: eos, siquidem jejunia illa ex traditione humana & opinione cultus susceperint, non sibi jejunasse, imo testatur illa jejunia in gaudium & jucundas solennitates commutandas esse, si modo veritatem & pacem diligant, Zach. 8. v. 19. Nihilominus tamen Pharisei, ex simulato pietatis studio, non tantum illa jejunia reservarunt, sed & plura addiderunt, ita ut ille in Evangelio, Luc. 18. v. 12. gloriatus sit, se bis singulis hebdomadibus jejunare, idque faciebant singulari cum solennitate, sicuti Christus Matth. 6. v. 16. pluribus de eo differuit. Habebant igitur discipuli Johannis, ut alios quosdam pædagogicos ritus, ita etiam jejunia & preces cum Phariseis communes: sive illos ritus Baptista ob austeriorem suam vitam retinuerit, sive, quod Christi responsio velle videtur, ipsi κακογυγία eos adsciverint, ut eò minus à Phariseis dissentire viderentur. Conjunctim igitur Christum aggrediuntur, & objecta ipsi autoritate, tum Phariseorum, tum præceptoris sui Baptiste, hanc quæstionem proponunt. *Quam ob causam nos & Pharisei jejunamus crebro & plerumque, & deprecationes facimus: discipuli verò tui non jejunant, sed edunt & bibunt?* Exprobrant Christo hæc quæstione singularitatis studium, quod nec cum Phariseis, nec cum Johannitis consentire velit, sed tantum dissentienti studio ab utrisque diversum servet. Ad

Harm. Tom. I.

hæc, quod discipulos suos disciplina liberos vagari permittat, ex quo conjicere liceat, parum eos apud hunc Magistrum proficere. Imo non tantum jejuniorum intermissionem, sed & gulæ atque crapulæ studium ipsis exprobrant.

Videmus 1. in Scribis ingenium hostium veritatis, qui semel atque iterum etiam cum ignominia repulsi, tamen veritati se opponere non desistunt, & subinde novas occasiones eam oppugnandi quarunt. Sic illi à Christo ita solide refutati, ut ne contra quidem hiscere potuerint, nunc, ut contemptum apud plebem declinent, & ne soli Christo contradicere videantur, Johannis Baptiste, qui tamen Christo amicissimus erat, discipulos sibi adsciscunt, eosque contra Christum armant. 2. In discipulis Johannis videmus, si qui non solidum fundamentum in religione habent, quid illis accidere soleat. Fluctuant illi instar parvulorum, & faciliè quovis vento doctrinæ circumferuntur in nequitia hominum, ad circumventionem erroris, Eph. 4. v. 14. Et permoventur, ut veritati se opponant. Maximè autem illud fit, quando animi ipsorum cæca aliqua æmulatione & invidia adversus synceros Doctores sunt occupati. Sic Johannitæ Christi æmuli erant, & indignè ferebant ipsum suo præceptoris præferri: iccirco facile se permoveri patiuntur, ut ipsi se opponant. Quamquam meritò ipsos abstergere debuisset, quod sciebant, Phariseos quidem à Baptista damnatos, Jesum autem ab ipso tanquam Dei agnum digito monstratum & commendatum fuisse. Sed quid non facit invidia? Ex hac cæca æmulatione etiam Corinthi inter eos, qui solido religionis fundamento desistebantur, sectæ & schismata oriebantur, 1 Cor. 1. v. 11. & 3. v. 3. Sic in Actis cap. 15. v. 1. quidam ex credentium numero, qui de doctrina Justificationis non rectè instituti erant, prodierunt, & Paulum nocentissimo illo dogmate, de necessitate Circumcisionis & reliquarum ceremoniarum Legis Moysi, oppugnarunt. 3. In Christo verò Jesu videmus, quæ sitors veritatis. Male alioquin inter se conveni hostibus veritatis, qui ob diversos animorum suorum affectus in diversissima etiam studia trahuntur. Sed quando oppugnandus est Christus, tum arctissimus inter ipsos est consensus. Sic Marc. 3. v. 6. Pharisei & Herodiani, qui aliòquin capitali inter se dissidebant odio, adversus Christum conspirarunt, sicut id explicatum est cap. 49. Harm. Sic Matth. 22. v. 34. Pharisei succenturiati succedunt Sadduceis, cum de opprimendo Jesu ageretur. Denique Pilatus & Herodes, qui prius capitales inimici erant, subito amici facti sunt, cum occidendus esset Jesus, Luc. 23. v. 12. Ita hodie fere potentissimi reges, qui se invicem indefinenter mutuis bellis divexant, unanimi studio in opprimenda doctrina Evangelii ducuntur. Sed nos propterea animo non dejiciamur. Vincit enim & triumphat ubique veritas, etiam quando hostes maxime sunt concordēs: Quod præsens historia luculenter docebit.

Est ergò Christi responsio diligenter observanda. Nam adhuc hodie in Ecclesia agitur illa quæstio: an non inter Christianos debeant esse certa tempora jejuniorum. Maximè quia jam à mille annis & amplius variæ Leges & opiniones de jejunii, quadragesimali & quatuor temporum,

Rpp 4

per

per Pontificum & conciliorum decreta, sunt introducta. Sed Christus sua responsione disertè nos docebit, se in Novo Testamento nihil hujusmodi statuere, neque tale quid discipulis & sectatoribus suis injungere velle. Vestit autem suam responsionem similitudine nuptiarum, ea de causa, ut Johannis in memoriam revocet doctrinam sui Magistri, qua Joh. 3. v. 29. discipulos suos à se ad Jesum remisit, tanquam ad verum Messiam, cui soli Deus pater totam Electorum Ecclesiam desponsavit & conjunxit. Tempus Novi Testamenti passim in Evangelis nuptiis confertur, Matth. 22. vers. 2. & 25. v. 10. Luc. 12. v. 36. eo quod Deus vel tandem promissiones suas exolverit, & filium suum, quem Judæis & gentibus sponsum condixerat, in mundum miserit, qui in sanctissima sua carne Patri suo pro totius mundi peccatis satisfaciens, lavacrum aquæ in verbo paravit, per quod sponsa sua mundaretur & sanctificaretur, ut postea per ministerium verbi casta virgo adducta sibi in æternum desponderetur, 2. Cor. 11. vers. 2. Ofc. 2. v. 19. Est ergo plena deductio sponsæ in domum sponsi, quæ deductio, Apoc. 19. v. 7. & 9. nuptiæ agni dicitur, demum in novissimo die futura est; totum tamen illud tempus, ex quo sponsus hic in mundum natus, ipse per ministerium verbi regni cælorum initium fecit, atque redemptionis humanæ opus perfecit, tempus nuptiarum dicitur. Habent autem tam sponsus quam sponsa in nuptiis suos amicos & invitatos concives, qui hic vocantur *υιοι & υνμφανες*, filii thalami, verius quam filii sponsi. *Νυμφαν* enim significat thalamum sponsalem. Et intelliguntur illi, qui sponsis adeo sunt familiares, ut etiam intra thalamum sponsalem admittantur. Quales Christo sunt, non tantum discipuli, qui Joh. 3. v. 29. amici sponsi dicuntur, sed & omnes verbi ministri, quorum opera Christus in colligenda Ecclesia Novi Testamenti utitur. De his pronunciat Christus: Quemadmodum nuptiis, & iis qui vocati sunt ad nuptias, ut sponsus & sponsæ ministrent, non convenit ut jejunent & lugeant: Ita meis discipulis, & reliquis quoque, quibus in mea adducenda sponsa utor, jejunium & luctus non conveniunt, quamdiu Ego præsens ipsis adsum, eos servo, defendo & ministerio ipsorum felicem successum largior. Conjungit autem Christus luctum & jejunium propterea, quia ex sacris patet, quod veteres in magnis calamitatibus, vel imminentibus vel præsentibus, & in luctu, adhiberint jejunia cum cæteris signis externis luctus, ut essent commonefactio, non tantum propter ipsas calamitates, quæ nos premunt, dolendum esse, sed debere esse calamitates conciones Legis, admonentes nos de ira Dei adversus peccata, ut tanto plus ad poenitentiam compellamur. Dicit ergo filios nuptiarum certis legibus ad statos dies jejuniorum non esse adigendos: Ideo valde emphatice apud Lucam dicit: *Non potestis facere, ut filii thalami, dum cum illis est sponsus, jejunent.* Itaque hic Christus uno ictu profertur omnia illa decreta, quæ per mille & plures annos Pontifici de jejniis & certo ciborum delectu accumularunt, & quæ iidem adhuc hodie mordicus retinent & tyrannice urgent, quasi in iis magna pars pietatis & veri cultus divini consistat. Nam quod Christus de filiis thalami, hoc est, ver-

bi ministris dicit, illud etiam de tota communione credentium intelligendum est. Siquidem sponsæ multo minus convenit in nuptiis lugere & jejunare, quam reliquis invitatis: maxime huic sponsæ, quæ ex summis miseriis, cum in sanguinibus suis volutaretur, & jamjam peritura erat, erepta, & sanguine sponsi sui abluta, ac Spiritu sancto, vero lætitiæ oleo, magnificè uncta, huic suo sponso juncta & sociata est. Itcirco Psalmista non immerito ipsi dicit: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: & rex concupiscet decorem tuum. Adducantur regi virgines in lætitiâ & exultatione: adducantur in templum regis, Psalm. 45. v. 11. Hoc responso Christi Domini nostri nos tueamur adversus obsecrationes & condemnationes Pontificiorum, qui veram pietatem juxta externam larvam metientes, jugum jejuniorum adhuc hodie, contra Christi voluntatem, cervicibus discipulorum imponere conantur.

Quid ergo? Num in Novo Testamento crapula, ebrietas & commestationibus indulgendum, & penitus atque in universum à jejniis abstinendum? Equidem deperdita nostra caro, quæ tantum ventri vult studere, hoc modo solet ad extrema deviare, ut quando à dextris depulsa est à sinistra descedit ad *γαστριμαργίας*, & luxuriæ vitium. Christus verò, dum superstitiosa illa & stulta jejunia rejicit, non profus omnia tollit, sed dicit: *Veniet dies, cum auferetur ab eis sponsus, & cum ablatas fuerit ab eis sponsus, tum jejunabunt in illis diebus.* Hanc sententiam Montanista ita interpretati sunt, ut ex Tertulliano, qui ad illam sectam descevit, Eusebio & aliis patet, quasi post ascensionem Christi Pharisaica jejunia in Ecclesia Christi essent introducenda, eo quod sponsus jam esset ablatas. At verò Christus non ita ascendit in cælum, ut sponsam suam deseruerit, cui dixit Matth. 28. v. ult. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Nisi ergo statuere velimus, dies nuptiarum Christi cum Ecclesia jam esse finitos, neque amplius Christo sponsam adduci, jungi, desponderi, necesse est aliam verborum illorum esse sententiam. Ea, ut ex circumstantiis colligere licet, hæc est, ut Christiani sese accommodent temporis conditioni, quam & qualem Deus immittit. Mundus non potest se recte accommodare temporibus, & neque secundis, neque adversis rebus recte secundum voluntatem Dei uti. Impii in nuptiis, hoc est, quando prospera sunt tempora, helluantur, ita ut insaniant; in adversis autem animum despondent. Hypocritæ in nuptiis lugent, hoc est, non utuntur bona hora, sed ipsi sibi crucem imponunt. Christus ergo vult, ut pii latentur, quando Deus concedit nuptias, hoc est, lara tempora juxta illud: Tu quæcumque Deus tibi fortunaverit horam, grata sume manu. Postea quando aufertur sponsus, hoc est, quando obijciuntur adversitates, tum sint patientes, orent, Deum invocent, & ut preces sint ardentes jejunia adjungant. Hinc est simplicissimus horum verborum sensus: quem Paulus exprimere voluisse videtur, Rom. 12. v. 11. cum scribit, ut ple-raque exemplaria legunt: *τὸ καὶ ὡς δεύοντες, τὸ καὶ ὡς ἐργαζομεθα, καὶ ὡς κενὸν καὶ ὡς πλεονέκτητον.* Et Eph. 5. v. 16. *ἐξαγορεύετε ὡς κενὸν καὶ ὡς πλεονέκτητον.*

redimenter tempus, quoniam dies malifunt. Lutherus noster utrobique rectè reddidit: *Es ist eich in die Zeit*. Quomodo autem illud fit faciendum, Paulus ipse suo exemplo monstrat, dum Phil. 4. v. 11. scribit, se didicisse, *ἀντράκω εἶναι*, probe contentum in omnibus in quibus sit, & quæcunque Deus immittat. Scio inquit, & humiliari, scio & abundare: & satiari, & esurire: & abundare & penuriam pati: Christi itaque propositum non est, in Novo Testamento inter Christianos jejunia penitus tollere & prohibere. Quomodo enim sit jejunandum, ut pater cœlestis videat & rependat, supra cap. 5. 1. Harm. pericop. 6. ex 6. cap. Matthæi docuit. Sed hoc tantum vult, jejunium non debere esse alligatum certis legibus, ad stata tempora, opinione necessitatis & cultus. Crux verò inquit, & negotiorum gravitas præbebunt occasionem & monstrabunt tempora jejunandi: Quemadmodum ergo ex Veteri Testamento constat, sanctos & pios Dei homines jejunasse, vel quando insignis aliqua calamitas accepta erat, ut Jud. 20. v. 26. in clade Israelitarum à Benjamitis, Joel. 2. v. 15. Neh. 1. v. 4. vel quando magnum periculum imminebat, ut 3. Reg. 21. v. 9. sub Achab, 2. Par. 20. v. 3. sub Josaphat, & Jon. 3. v. 5. apud Ninivitas: vel in poenitentia sive publica, sive privata, ut 1. Reg. 7. v. 6. Israelitæ, 2. Reg. 12. v. 16. David, 3. Reg. 21. v. 27. Achab, vel quando in gravi negotio ardenti intentione preces faciendæ erant, Dan. 9. vers. 21. Esdr. 8. vers. 21. Esth. 4. v. 16. vel in luctu, ut David 2. Reg. 3. v. 3. vel quando caro fuit coercenda, ne corporis repletio animi intentionem & actiones turbaret, ut Lev. 11. v. 9. Sacerdotibus vini usus interdicitur, quando ministerium suum peragebant in tabernaculo. In hujusmodi casibus, in Veteri Testamento, quando justæ aderant causæ jejunandi, cum ferè vel publicè indicebantur jejunia, eaque vel à Prophetis, ut 1. Esdr. 8. v. 21. Jud. 4. vers. 8. vel à Magistratu, ut 2. Par. 20. v. 3. Jon. 3. v. 5. Esther 4. vers. 16. vel privatim suscipiebantur, ut 2. Reg. 12. v. 6. 3. Reg. 21. v. 27. Dan. 9. v. 3. & 10. v. 3. Cum igitur hæc sint justæ causæ finales jejuniorum, inde ab initio à Deo approbatæ: 1. ut per subtractionem cibi & potus caro spiritui subjiciatur. 2. Ut animus ad serium poenitentia exercitium excitetur. 3. Ut in luctu ac calamitatibus admonemur de peccato, quod est causa omnium malorum. 4. Ut preces solennes eò ardentius à nobis peragantur. 5. Ut denique publici conventus Ecclesiastici majori cum animi devotione peragantur. Christus hæc bonas & justas jejuniorum finales causas nequaquam in Novo Testamento tollere, sed tantum hoc cavere voluit, ne Christiani certis legibus & certo tempore ad jejunia ista adigerentur: sed voluit ea esse liberæ observationis, prout temporum negotiorum & calamitatum necessitas illud tulerit. Et hanc esse Christi sententiam atque voluntatem, ipsi Apostoli suis exemplis commonstrarunt: qui nec jejunia omnia respuerunt aut prohibuerunt, nec animos discipulorum certis legibus onerari permiserunt: sed pro re nata vel jejunia indixerunt, ut Actor. 13. v. 3. in ordinatione Pauli & Barnabæ, & Actor. 14. v. 22. in omnibus Ecclesiis: vel ipsi ea susceperunt, ut Paulus Actor. 27. v. 21. sicut etiam 2. Cor. 6. v. 5. & 11. v. 27. de suis jejuniis testatur, & 1. Cor. 9. v. ult. ca-

stigo corpus meum, & in servitum redigo, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar: vel ab aliis instituta approbarunt, 1. Corinth. 7. vers. 5.

Porro illa omnia, quæ Christus de jejunio, cui Apostoli & Christiani in novo Testamento non sint adstricti, diseruit, duabus similitudinibus, tam probat quàm illustrat. De quibus licet variæ sint variorum explicationes: sensus tamen simplex est & planus.

Prior similitudo, quæ desumpta est ex re vestitaria, hoc vult, non esse traditiones jejuniorum, quæ introductæ sint, vel ex disciplina legali, vel ex constitutionibus majorum, ac proinde ob antiquitatem interitui sint vicina, ut docet Epist. ad Hebr. cap. 7. v. ult. assumendas novitati Evangelicæ. Talem enim mixturam nihil prodesse, sed plurimum obesse. Sic enim etiam D. Hieronymus hanc similitudinem de vestimento veteri & assumento novo interpretatur. *πανθ* ab ἀπόσω, amputo, significat partem aliquam panni. *πανθ* verò ἀγναθθ vel ἀγναπθθ est pannus, qui nondum expertus est γνάφθθ, nondum curatus politusque à fullone; ut panni vel novi adhuc & recens texti, vel etiam veteres, qui nondum sunt à sordibus repurgati nec interpolati. Marcus videtur τὸ πλήρωμα in Nominativo casu posuisse, & τὸ πλήρωμα τοκαινόν, supplementum novum, per appositionem grammaticam conjunxisse. Quando ergo dicit, tollit supplementum novum à veteri, subaudiendum est, vel aliquid, vel partem aliquam tollit à veteri. Lutherus reddidit passivè vel neutraliter, es reisset ab. Vult ergo Christus dicere: ut vestimento attrito & veteri non convenit pannus novus & crudis, hæc enim duo se mutuo ferre non possunt, & sit scissura major ac deterior: ita patrum traditiones & antiquæ vestra superstitiones non conveniunt doctrinæ meæ Evangelicæ, quas duas doctrinas, si quis conjungere velit, nihil efficiet, quàm ut turpem & deridendam diversarum religionem confusionem introducat. Hanc Christi sententiam, qua & humanas traditiones laceræ vesti confert, & Evangelium suum cum traditionibus illis nequaquam conjungi posse asserit, probè noemus: plurimis enim, quæ nobis ex Papatu obrudi volunt, refutandis sufficit. Homo post lapsum jam coram Deo est nudus, & confusione plenus, sicuti non tantum Gen. 3. v. 7. innuitur: sed & Ezech. 16. v. 7. prolixè describitur, atque insuper Apoc. 3. vers. 18. monemur, ut vestimenta alba comparemus, ne confusio nuditatis nostræ apareat. Hic aliqui arripiunt veteres superstitiones & humanas traditiones, quibus se ipsos vestire conantur. Es ist aber eben/als der sich mit alten Lumpen deckt. Detrita enim vestis, nomen quidem habet vestis, sed rem ipsam non præstat. quando nec tegit, nec ornat, nec calefacit. Ita justitia, quæ ex jejuniis, peregrinationibus ad loca sancta, & aliis externis traditionibus dependet, nomen quidem justitiæ habet: sed revera coram Deo nihil præstat eorum, quorum causa ista assumuntur, nam peccata nostra coram ipsius oculis, qui corda & renes scrutatur, non tegunt. Nos etiam coram ipso nequaquam ornare possunt; Cum omnes justitiæ nostræ sint instar panni menstruatæ, Jesa. 64. v. 6. Quis verò ejusmodi panno se ornaret? Denique etiam istiusmodi ceremoniæ omnes

omnes non possunt frigida nostra corda amore Dei inflammare, multo minus horrores conscientiae sedare. Sed tantum proficiunt hujusmodi affluentea centonum humanorum, quantum ficulnea perizomata Adami & Evæ, Gen. 3. vers. 7. Cum ergo nobis deberetur æterna confusio faciei, Dan. 9. v. 7. eo quod turpitudinem nostram tegere non possemus: Deus pro nobis sollicitus vestem paravit, qua induti coram ipsius facie absque rubore comparere possemus. Est illa obedientia Christi ejusque meritum, quod firma fide apprehensum nobisque applicatum, ita nos vestit, ut inveniamur, non in iustitia nostra, quæ ex lege est, sed in iustitia fidei, quæ est ex Deo, Phil. 3. v. 9. Hoc Jesaias cap. 61. v. 10. vocat vestimentum salutis, & indumentum iustitiæ, quo Deus nos circumdet & ornet. Christus Matth. 22. v. 12. vocat vestem nuptialem, qua nos indutos esse vult, nisi ex cœlestibus nuptiis ejici velimus. Hoc verò vestimentum induunt, quotquot in Christo baptizantur, Gal. 3. v. 27. Offeritur ergo in Evangelio, in ejus verbo & Sacramentis.

At verò interroget quis: Quare Christus in ceremoniis externis, qualia sunt jejunia & ejusmodi alia, non quærit conformitatem cum Phariseis & Iohannitis? Sic enim plus proficeret? Ita quidem nobis videtur: sicuti sæpenumero Evangelicis objicitur, quare non conformitatem aliquam in istis externis instituant cum Pontificiis & aliis, sic enim eo plures Christo lucrifacerent? Sed Christus hic respondet, illud idem esse, ac si quis laceras & attritas vestes pannis novis farciret, quo ipso rupturæ majores redduntur. Confirmat hoc Christi dictum ipsa rerum experientia. Quid enim ex illa mixtura religionis Judaicæ & gentilium 4. Reg. 17. v. 33. effectum est aliud, quam abominandus Samaritanismus? Et quid profecit Johannes eo, quod ad doctrinam Evangelicam sinceram, ob temporum iniquitatem, & quia uno momento non potuit omnes ritus abolere, assumpsit & retinuit aliquas veterum traditiones, præterquam quod discipuli ipsius majore cum difficultate & labore postea Christo adduci potuerunt, ut discerent, ipsum unum nobis sufficere coram Deo ad iustitiam & salutem? Nemo ergo miretur, nos desperare de conciliatione inter superstitiones Pontificias & Evangelii. Quomodo enim invocatio divorum, sacra pro defunctis, & alia ejusmodi coalescerent cum doctrina Evangelii, quæ vult ut unum DEUM invocemus, & in solo sanguine Christi omnem spem salutis repositam quæramus? Cum ergo nulla sit consensus Christi & Belial: nulla societas lucis & tenebrarum; nulla pars fidei cum infideli: 2. Cor. 6. v. 14. male feriatos ejusmodi consiliatores exsibilemus, & procul à nobis abigamus. Stratum nimis est coangustatum, Jesa. 28. v. 20. ut angustia pectoris nostri non possint simul capere Christum & traditiones humanas. Darum so heist es: Allein mein: oder laß es gar seyn. Quanquam & hoc addi debet. Si in fundamento doctrinæ fidei sit concordia, diversitatem observationum in hujusmodi ritibus unitatem Ecclesiæ scindere non debere. Unde veteres orthodoxi ex Irenæo memorabile habuerunt dictum, ad Victorem, Episcopum Romanum: Jejuniorum dissonantia non rumpat fidei consonantiam. Sed tamen ex his pa-

ret, facillime dissidium aliquod oboriri, sicuti in ceremoniis aliqua diversitas animadvertitur. Si quidem hæc diversitas in oculis incurrit, & simpliciores facile offendit. Sed de eo alibi pluribus.

Secunda parabola seu similitudo sumta ex re vinaria, cujus quidem idem est sensus cum priore, præterquam quod damnum & jacturam, quæ ex mixtura veræ pietatis & adscitiorum cultuum provenit, clarius demonstrat, & insuper rationem tradit, quare Christus nolit plenius cum discipulis Johannis de libertate jejunii disputare, eosque in suam sententiam protrahere. Nimirum, quia sint *utres veteres, nondum purgati*, neque doctrinæ suæ Evangelicæ capaces: ac proinde periculum subesse, ne & doctrina pereat, & ipsi, ea abutentes, deteriores efficiantur. Veteres vinum suum utribus ex corio vel pellibus factis condebant, sicuti nos in doliis condere solemus. Jam verò vinum recens sive mustum habet innatum quandam & insitum calorem, cujusvi, dum seipsum à fecibus purgare vult, fervet & tumultuatur, ut vix ullis vasis contineri possit. Itaque veteres utres sunt renovandi, & dolia pertusa atque vetustate corrupta reficienda, atque novis circulis communienda, quando vinum novum in ea recondere volumus: alioquin & vasa rumpunt, & vinum effunditur. Eadem est ratio doctrinæ Evangelicæ, quando incidit in animos vetustate consuetudinum & superstitionum præoccupatos & corruptos. Nam Evangelium per se recte vino confertur, non tantum propterea, quia sicut vinum, ut & alii terræ provenit, sunt Dei donum: ita etiam Evangelium ex singulari Dei gratia datur. Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Jesum Christum facta est, Joh. 1. v. 17. Sed & hæc de causa. Vinum, si ritè bibas, lætificat cor hominis, Jud. 9. v. 13. Psal. 104. v. 15. & vires recreat: ita Evangelium, intra cordis recessus admissum, conscientias lato salutis nuncio recreat, & animos ad firmum pietatis studium efficacissimè excitat. Et quidem Evangelium hic dicitur, *vinum novum sive mustum*, non quod sit nova doctrina, nuper introducta. Illud enim jam olim in Paradiso ab ipso Dei filio, statim post lapsum, primis parentibus est annunciatum, Gen. 3. v. 15. Sed respectu veteris nostri Adami & corruptæ naturæ, cui hæc doctrina nova videtur, utpote natura incognita, tanquam mysterium absconditum à seculis, Gal. 1. v. 26. Hinc etiam fit, ut Evangelium, quando hominibus prædicatur, quorum animi non sunt per Spiritum Domini renovati, & à veteribus superstitionibus expurgati, idem ei accidat, quod musto in dolia pertusa recondito. Mustum fervet, vasa perrumpit & effunditur, atque sic utraque pereunt. Sic Evangelium fervore Spiritus corda hominum aggreditur, & ita tora etiam in Spiritum commutare conatur. At quando animi sunt carnales, tum non possunt capere, quæ sunt spiritus, 1. Cor. 2. v. 14. Unde duplex jactura oritur. Primò quidem *vinum effunditur*, quod fit, dum homines isti doctrinam Evangelii, quia cupiditatibus ipsorum adversatur, & ipsi rejiciunt, & simul faciunt ut Evangelium propter ipsos etiam apud alios male audiat, sicque omnium ludibrio exponatur, & quantum quidem in ipsis est, pereat. Deinde verò *utres dirumpuntur*, hoc est, homines isti pereunt, dum paulatim in Epicureismum defici-

deficiunt; omnis religionis manifesti hostes fiunt, & ealem sibi Deum fingunt, qui religionum confuisionem non curat. Qua opinione nulla perniciosior in genere humano esse potest.

Ex his verò omnibus Christus, ut Lucas annotavit, aliud simile infert, quo Johannitas proprius ferit, inquiens: *Et nemo qui biberit vetus vinum statim vult novum. Dicit enim, vetus melius est.* Vult dicere. Idem vobis, quo ad meam doctrinam, accidit, quod iis qui vino veteri & leniori assueverunt. Ut enim illi vinum novum, etsi est generosius, minus ferunt, eo quod acorem quandam habeat, & gustum acutius penetret: Ita vos, qui assuevistis patrum traditionibus, & superstitionibus, quæ ad pompam & ostentationem coram hominibus sunt compositæ, meam doctrinam, quæ humilis quidem est & simplex, in hominum tamen animos ita penetrat, ut totius hominis innovationem requirat, admittere non potestis, quia vetera illa vobis longè magis allubescunt. Idcirco exuendus est ille vetus animus, & in veteratæ consuetudini renunciandum, si in vera pietate proficere velitis.

Præbet hic locus nobis occasionem cogitandi de nostro seculo: Unde proveniat generalis illa corruptio morum apud plerosque, & quodnam remedium malo illi adhiberi queat. Regnarunt apud majores nostros in Ecclesia Christi, inde à multis seculis traditiones humanæ, cum variis superstitionibus & ritibus à Pontificibus Romanis & eorum parastatis introductæ, quibus omnibus hominum animi, tantum ad superficialiam aliquam religionis speciem, quæ ad ostentationem comparata erat, & aliorum hominum oculis satisfaciebat, assuefacti fuerunt. Sed Deus ex singulari gratia mundo rursus largitus est multum Evangelicum, synceram doctrinam, quæ licet eadem sit cum Prophetarum oraculis & Apostolorum concionibus, tamen quia mundo per multos annos ignota fuit, passim novitatis nomine traducitur. Hæc doctrina inter alios articulos nobis etiam concionatur de libertate Christiana, & docet nos coram Deo justos fieri & salvari, non observatione jejunii quadragesimalis, non per bona opera, eleemosynas, peregrinationes, confessionem auricularem, & sexcenta alia, quæ tyrannis Pontificia in Ecclesiam Christi invexit: sed ex sola gratia & misericordia Dei, quam Christus suo merito & indebita passione nobis acquisivit, nosque firma fide apprehendimus. Nam Christo omnes prophetae testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum recipiant per nomen ejus omnes qui credunt in eum, Act. 10. vers. 43. Et per hunc annunciat non tantum remissio peccatorum, sed & ab omnibus, quibus non potuimus justificari in Lege Mosis. In hoc omnis qui credit justificatur, Act. 13. vers. 38. Hæc doctrina veram & solidam consolationem præbet conscientis sensu iræ Dei adversus peccata gravatis, & corda hominum non tantum in omnibus adversitatibus, sed & in media morte recreat, ut cum pace ex hac vita discedant, scientes, quod certo propter Christum habeant vitam æternam, nec veniant in judicium, sed à morte transeant in vitam, Johan. 5. vers. 24. Cum vice versa reliqui, qui traditionibus illis humanis in-

herent, revera omni consolatione destituantur, & si maximè non desperent, tandem tamen ita ex hoc mundo emigrant, ut incerti sint, utrum in cœlum, an in infernum, an verò in fictitium purgatorium sint deventuri: Quæ major bonitas nobis a Deo obtingere potuisset; sed quid fit? Corda plerorumque, qui Evangelii doctrinam audiunt, sunt instar veterum utriusque vel doliorum, quæ vel Papistica superstitione adhuc sunt imbuta, vel ad effrenem peccandi libidinem propendent. Unde evenit, ut alii quidem Papatum deserant, non amore sinceræ pietatis, sed tantum ut excutiant durum jugum tyrannidis, observationem jejuniorum, largitionem eleemosynarum, gravem disciplinam operum, sicque licentiosius vivant, genio indulgeant, neque disciplina Ecclesiastica amplius coercentur. Hi liberatam Christianam convertunt in licentiam carnis, habentes eam velamen malitiæ, quod tamen Petrus prohibuit, 1. Epistol. cap. 2. vers. 16. Alii verò varias conciliationes doctrinæ syncerioris & Papisticæ instituunt, pannum hunc novum centonibus suis attritis affluentes, & vinum recens in veteres utres condentes, ne errores & superstitiones eorum acrius & justo fervore Spiritus arguantur. Das Slickverck taug nichts. Nam vinum novum fervebit, ebullit, & utres rumpuntur, ac vinum effunditur. Posteriora sunt pejora primis. Homines degenerant in contemptum religionis, & nec Evangelium audire, nec novas leges, quibus morum licentia frenetur, admittere volunt, sed in plusquam Cyclopicum verbi DEI contemptum ruunt, quotidie in pejus proficiunt, donec ex justo Dei judicio in reprobam sensum tradantur, atque sic passim Epicureismus introducatur. Quale verò remedium rebus hisce depravatis adhiberi debeat, nos convenientius non inveniemus, quam quod Christus hoc in loco monstrat, dicens: *vinum mustum in utres novos mitti debet, & utraque conservantur.* Monet animos auditorum Evangelii ab effectibus carnalibus, vitiis, idolomania & omnibus superstitionibus purgandos & reformandos, atque spiritu poenitentiae & seriae conversionis innovandos esse: tum erunt capaces novæ doctrinæ. Qua in parte diligenter operam navabunt verbi administrati & Ecclesiarum pastores. Hi non tantum cavebunt, ne ipsi aliquid superstitionum & humanorum dogmatum sacræ doctrinæ admisceant: sed & apud auditores instabunt, ut omnem vetustatem opinionum & carnis deponant. Proxima cura pertinet ad eos, qui magistratum gerunt, ut à verbi ministris admoniti, è medio tollant omnia, quæcunque ab hominibus præter verbum, sive in doctrina, sive in moribus sunt invecata. Quæ in re sanctissimorum Regum, Ezechia, Josia, ipsius etiam Jehu, exempla habent imitanda. Inprimis autem ex utraque parte, qui aliis, sive in Ecclesiastico, sive in politico ordine præsident, diligenter rationem habeant juvenutis. Nam qui in superstitionibus à pueris sunt enutriti, & in iis quasi inveterati, illi difficilissimè veritati locum dant. Vicissim autem tenelli & novitii puerorum animi facilè formari, & veritatis cognitione ita imbui possunt, ut ne in

ultima

ultimâ quidem senecta quod rectè perceperunt, sibi crui patiantur. Quapropter illi pastores omnium maximam laudem merentur, qui Catechetica doctrinam pueris diligenter inculcant: siquidem per omnem vitam, in Ecclesia, Repub. & œconomia, plurimum prodest, si juvenus rectè formetur, & recens testa bono odore imbuatur.

Ita videmus valdè memorabilem esse hanc Christi discepcionem cum discipulis Johannis, quibus se Pharisei conjunxerant. Ut enim præcaveret ad omnem posteritatem, ne in Novo Testamento leges conderentur, vel de temporibus junioram, vel de qualitate cibi, & postea suis Christianis opi-

nione necessitatis, meriti vel supererogationis obtruderentur, simpliciter discipulis suis imitationem exempli Joannis noluit injungere, sed potius ostendit, illud pertinere ad vetustatem Veteris Testamenti, quæ non affluenda sit libertati Novi Testamenti. Imò ipse Christus, propter hanc ipsam causam noluit rationem victus, à Baptista servatam imitari: sed maluit, in collatione ad Baptistam, homo vorax & potator vini à Phariseis vocari, ut ostenderet, nec in abstinendo nec in manducando justitiam Evangelii sitam esse sicuti Augustini glossa tradit.

CAPUT LXVII.

CONTINENS HISTORIAM DE RESUSCITATA FILIOLA JAIRI ET SANATA HÆMORRHOÏSA. MATTH. 9. MARC. 5.

LUC. 8.

RATIO ORDINIS.

DE hac consecutione nulla potest esse dubitatio. Etenim de eo consentiunt tres Evangelistæ, continuo ordine subsequuta tria ista, transfretationem, dæmonum expulsionem, & filiolæ Jairi resuscitationem, nisi quod Matthæus interfert de suo convivio, deque iis, quæ illic dicta sunt & facta, quæ etiam in medio cursu istarum historiarum acciderunt, sed à reliquis extra suum locum alibi recitata fuerant, idcoque ab illis in hoc ordine prætermissa sunt. In primis autem hunc ordinem confirmat Matthæus, qui disputationi Christi cum discipulis Johannis hæc verba subjungit: *Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, quibus innuit, eodem loco & tempore factum esse, quodjam sit narraturus.*

Tantum hoc difficultatem quendam objicere videtur, quod quemadmodum quidam superiores historias distinguunt, ex una facientes duas: ita dicunt etiam hanc utramque de resuscitata puella & sanata Hæmorrhœosa apud Matthæum, diversissimam esse ab illa, quam Marcus & Lucas narrant, ut opera nobis danda sit, quo & hic probemus, ubique esse eandem. Primum Argumentum probandæ diversitatis sumptum est à loco. Matthæus scribit, Primatem venisse ad Christum, discumbentem adhuc in convivio, aut certe ad minimum versantem in ædibus, aut circa ædes Matthæi, & disputantem cum discipulis Johannis, quod impossibile est Matthæum potuisse oblivisci. Marcus autem & Lucas dicunt Jairum venisse, cum is adhuc esset circa mare, quod tum recens trajecerat. In quo incredibile est ipsos simul errasse, non profecto dissensuros à Matthæo, nisi revera aliam historiam describendam sumissent. Responsio, Certum est, Matthæum exquisita notatione ordinis subjungere suo convivio, quomodo ad Dominum illic adhuc versantem primas iste venerit: cui reliqui nihil contrarium nec ab eo diversum dicunt. Marci enim verba sunt: *Cum Jesus rediret, &c. congregata est ad eum multa turba, & erat ad mare.*

Matthæus autem istud explicat, ubi congregata sit, & quomodo fuerit ad mare: congregata sc. ad domum Matthæi, sive propè ejus telonium, quod ad mare situm erat, ut Marc. 2. v. 13. & 14. manifestè indicatur. Lucas verò etiam manifestius: *Turba excepit eum. Expectabat enim ipsum*, quod item Matthæus explicat, turbam publicanorum ipsum expectasse, & excepisse cum gaudio, domi sc. Matthæi: postea sensim reliqua turba etiam est aggregata.

Secundum Argumentum est à diverso tempore: quia Marcus & Lucas cum Matthæo de tempore vocationis ipsius consentiant, & tamen Jairum longè post ad Christum venisse dicunt, cum Matthæus primatem suum sub ipsum convivium tempus affuisse tradat. Hæc ratio pro fundamento assumit hoc *αίτιον*, quod Evangelistæ nihil extra suum locum & verum ordinem scripserint, nihil per anticipationem, nihil per Recapitulationem. Quod quam solidum sit, jam aliquoties est indicatum. Et observatio Circumstantiarum ostendit, Matthæum historiam sui convivii suo loco recitantem de vocatione sua rememorasse, quæ tamen cum convivio simul facta non est: ut & reliqui suo loco narrantes de vocatione Matthæi, mox subjungunt de ipsius convivio, quod neque ipsum simul factum est, cum ejus vocatione, sed longe post secutum, eo sc. tempore, quod proximè præcessit resuscitationem filiæ Jairi: cui ordini non obstat, quod Marcus & Lucas alio loco convivium Matthæi recensent. Observanda enim sunt vocabula in Evangelistis, quæ certam temporis & ordinis notationem continent, quæ sicubi extant apud aliquem Evangelistam, ad illius ordinem accommodandæ sunt descriptiones reliquorum, si videntur in ordine historiarum dissentire. Extat autem hæc apud Matthæum exquisita (ut dictum est) ordinis notatio, quæ non item extat apud reliquos, quid proximè post ipsius convivium secutum sit, resuscitatio scilicet filiæ primatis. Extat item apud reliquos diserta notatio, quæ non extat apud Matthæum, quando is vocatus sit: unde apparet, vocationem istam & convivium diversis temporibus accidisse, nec